



3 2044 106 421 084

F9120

v.1

W. G. FARLOW.

There is said to be  
a 2<sup>d</sup> Edit. of this work  
dated 1824. See List of  
Aris. works in *Icones Selectae*  
Vol. II. From this one might  
infer that the two editions  
were identical in contents.  
Pritzel, however, gives the  
number of pages as different  
in the two editions. The only  
copy of second edit. which  
I have yet seen (NM. 1817)  
is that in the library of the  
Mass. Hart. Soc. In that  
copy both volumes are  
bound in one and Vol. I  
has the date 1824 and  
the contents of it are identical  
with that of Vol. I, 1815 but  
the plates I-IV are bound  
with the V-VIII of Vol. II  
at the end of the whole  
volume. In the volume  
of the Mass. Hart. Soc. →  
the Vol. II is dated 1818

but the plates and  
plates, etc. that some  
are not covered are the  
same as in the original  
edition of Vol. II.

Apparently the Mass.

Hart. Soc. volume is  
the editio Nova of Vol. I  
but the Vol. II is the  
original and not  
the editio Nova. This  
volume belonged to

Mr. C. J. Sprague who  
presented it to John  
L. Russell in 1873

and was bequeathed  
by him to the Mass.

Hart. Soc.

Lij. was the genuine  
Vol. II of the Nova, identical  
with the original Vol. II  
1818 as well as the editio  
Nova have only one volume





Digitized by the Internet Archive  
in 2016




*Indp*

OBSERVATIONES

MYCOLOGICÆ.

Auctore

E. M. FRIES.



Cum Tab. IV æncis.



H A V N I Æ.

Sumptibus Gerhardi Bonnier.

M D C C C X V.

REVISED EDITION

# MYCOLOGICAL

Journal

Volume 1

1912

Published by the

Mycological Society of America

1912

---

# OBSERVATIONES MYCOLOGICÆ.

---

## AMANITA. PERS.

I. *Amanita incarnata*, pileo campanulato villoso albo, lamellis carneis, stipite solido nudo albo.

*A. incarnata.* *Pers. Syn.* p. 248.

*Agaricus incarnatus.* *Batsch. El. fung.* p. 51.

*Ag. lombycinus.* *Schæff. Fung. Bav.* t. 98.

Fungus magnus esculentus e volva erumpens, pileolo villoso albo, lamellis carneis, pediculo cylindrico albo. *Mich. Gen.* t. 76. f. c.

Habitat ad truncos arborum in Italia, Germania, *Suecia.*

Descr. *Fungus* nondum explicatus, volva involucratus, ovatus totus albus. *Volva* dein



laxa suberecta 1-2 uncialis membranacea viscosa laciniata albida v. flavescens. *Stipes* 3-6 uncialis crassit. digiti minimi solidus teres adscendens curvatus albus glaber, sursum nudus attenuatus. *Pileus* carnosus junior globosus, mox campanulatus hemisphæricus demum convexus subumbonatus 3-7 uncial. squamuloso-villosus fericeus, rarius apice calvus, albus interdum nigro-punctatus. *Caro* alba. *Lamellæ* juniores albidæ mox incarnatæ liberæ lato-lanceolatæ 2-4 natæ tandemque deliquescentes.

2. *Amanita pusilla*, minor, Pileo hemisphærico subpiloso incarnato-albido, lamellis roseis, stipite fistuloso nudo albido.

A. pusilla. *Perf. Syn.* p. 249. *Obs. myc.*

2. p. 36. t. 4. f. 4.

Agaricus volvaceus. *Bull. Champ.* t. 30.

β. minor.

Ad vias, in hortis &c. Etiam in *Svecia* legi.

Obs. Descr. dedit *Persoon* l. c. Hæc et antecedens species *Coprinis* affines; lamellas enim semper deliquescere et in hæc nonnunquam nigrescentes, observavi.

3. *Amanita fulva*, pileo planiusculo glabro striato volvaque fulvis, lamellis stipiteque fistuloso nudo pallidis.

*A. spadicea*.  $\beta$ . *fulva*. *Perf. Syn.* p. 248.  
*Albert. et Schweitrn. Consp. Fung. Nisk.* p. 141.

*Agaricus fulvus*. *Schæff. Fung.* t. 95.

*Agaricus trilobus*. *Bolt. Fung.* t. 38. f. 2.  
*Abbild. der Schwäm.* t. 9.

*Agaricus vaginatus*. *Bull. Champ.* t. 512.  
 f. F. G. H. L. N. O.

In filvis frequens. Etiam in paludibus turfosis.

Descr. *Stipes* fistulosus v. substantia spongiosa intus farctus 4-5 uncial. crass. pennæ anserinæ l. cygneæ fragilis æqualis l. sursum attenuatus cæpius albus, interdum flavescens, lævis l. squamulosus. *Volva* vaginalis elongata lævis glabra fulvo-rubra. *Annulum*, qui in *A. livida* juniore adest, nunquam in hac vidi. *Pileus* carnosus 1-2 uncial. junior campanulatus mox explanatus, umbone parvo subobsoleto, fulvus nudus l. squamis majusculis albis vestitus, margine striatus. *Lamellæ* liberæ latiusculæ 2-natæ l. integræ candidæ carne pilei latiores.

Obs. *Aman. livida* et *spadicea*  $\alpha$  P., omnino sunt varietates, inter quas nulli dantur limites. *Pileus* campanulatus et planiusculus ab ætate solum pendet. Ex hac specie, plurimis sub nominibus ab Auctoribus descripta, *Aman. fulva* etiam sine dubio originem ducit; sed ob magni-

tudinem minorem, stipitem nudum, pilei volvæque colorem constantem distinxit.

4. *Amanita nitida*, candida, pileo convexo nitido albo-maculato, lamellis subadnatis, stipite annulato basi bulboso.

In pinetis *Svecia*.

Deser. *Stipes* 2-3 unc. initio crassior deinde elongato-angustatus solidus candidus lævis glaber, sed ex *annulo* albo laxo reflexo sublacero ad apicem stipitis inserto fibrillosus nonnunquam, basi bulbosus volvatus. *Volva* albida mollis oblitterata submarginata glabra, diam. interdum ultra uncial. *Pileus* carnosus junior subcampulatus obtusus, deinde convexus, tandemque planus candidus nitens fere flavescens  $1\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{4}$  unc. non striatus, squamulis majusculis irregularibus sordidis l. pallidis irregulariter sparsis exasperatus. *Caro* alba. *Lamellæ* albæ numerosæ tenuēs tenaces inæquales subadfixæ.

Obs. *A. virescenti* P. proxima; sed abunde distincta. Cum *A. bulbosa* P. et *umbrina* P. in Nov. Fl. Svec. p. 17 descriptis nullam habet affinitatem.

## AGARICUS. LINN. PERS.

## Fam. I. LEPLOTA.

50 *Agaricus caperatus*, subsolitarius, pileo carnosio convexo rugoso pallefcente-citrino, lamellis ochraceo-argillaceis, stipite solido supra anulum obliquum squamuloso.

Species non differt:

*Agaricus caperatus*. *Pers. Obs. myc.* I. p. 48 deser. *Ejusdem Syn.* p. 273.

In ficcis *Svecie* cum *A. alutario* *Pers.* copiose.

Deser. Solitarius magnus. *Stipes* solidus l. a vermibus erosus 3-6 unc. subæqualis crassit. digiti intermedii albidus, *supra* anulum obliquum album subevanescentem evidenter albido-squamosus. *Pileus* carnosus convexus demum planiusculus 4 unc. et ultra glaber disco lævis, marginem versus lacunoso-fulcatus dilute flavus. *Lamellæ* versus stipitem rotundatæ leviter adfixæ 4-natæ ochraceo-argillacæ.

Obs. Fungus noster a *Persoonii* differt magnitudine, stipite subæquali et lamellis rotundato-adnexus.

6. *Agaricus olivaceo-albus*, subsolitarius, pileo carnosio convexulo subumbonato fusco-oli-

vaceo, lamellis candidis adnatis, stipite annuloque fugaci viscoso albidis.

Ag. brunneus. Schæff. F. t. 312. (var.)

In pinetis Sveciæ, Germaniæ.

Descr. Stipes solidus 2-5 unc. penna anserina crassior subæqualis interdum flexuosus firmus albidus l. fusco-maculato-reticulatus subviscosus. Annulus albus fugax viscosus cortinæ haud dissimilis. Pileus carnosus primum convexus demum planiusculus umbonatus  $\frac{1}{3}$ -2 unc. viscidus fusco-olivaceus, rarius olivacco-brunneus, umbone prominente obscuriori, margine striatulo dilutiori. Caro albida. Lamellæ albæ totæ adnatæ interdum fere decurrentes firmæ 2-natæ carne pilei latiores.

Obs. *A. brunneus* P. longe alia est species. — Ad Cortinarias ob lamellas candidas immutabiles hæc species referri nequit.

## Fam. II. CORTINARIA.

7. *Agaricus scaber*, gregarius cinereo-fuliginosus, pileo squamoso subcampanulato, lamellis obscurioribus, stipite fibrilloso dilutiori cylindrico.

*A. scaber.* Sowerb. Fung. t. 207.

In silvaticis Angliæ, Sveciæ, subæspitosis.



Deser. *Stipes* solidus subbipollicaris crass. digiti minimi sursum subangustatus cylindricus pallide cinerascenti-fordidus, squamis obscurioribus fibrillosis vestitus. *Pileus* campanulatus l. convexus 1-2 unc. carnosus dilute cinereo-fuliginosus fuscus, squamulis minutis scabris obscurioribus exasperatus, margine deflexo regulari. *Caro* albida. *Lamellæ* cinereo-fuliginosæ adnatæ subalternæ carne pilei sublatores. *Cortina* fugax albida.

8. Ut *Novitiæ Floræ Sveciæ*; nec a *Cel. Swartz* in *Vet. Acad. Handl.* descriptæ, hoc loco nominandæ:

1. *A. nudus.* *Pers. Syn.* p. 278. *Bull. Herb.* t. 439. f. A.

In pinetis.

2. *A. violaceo-cinereus.* *Pers. Syn.* p. 279. *Schaff. Fung.* t. 3.

In silvis frondosis.

3. *A. argentatus.* *Pers. Syn.* p. 286.

In silvis muscolis acerosis.

4. *A. sanguineus.* *Pers. Syn.* p. 289. *Sowerb.* f. 43.

In pinetis. Descripti in *Nov. Fl. Svec.* p. 18.

5. *A. albobrunneus.* *Pers. Syn.* p. 293. *Schaff. Fung.* t. 38.

In silvis.

6. *A. fulgens.* *Perf. Syn.* p. 294. *Schaff.*  
*Fung.* t. 24.

In betuletis meum legi fungum.

7. *A. subrepandus.* *Perf. Syn.* p. 300.

In fagetis.

Ceterum *A. Monachella.* *Schaff.* t. 66  
aliique in parte secunda describendi.

Fam. III. G Y M N O P U S.

+ Pileo albedo.

9. *Agaricus candidus*, pileo carnosio  
sericeo-fibroso albo-nitido, lamellis albedo-brun-  
nescentibus subliberis, stipite solido brevi.

*Agar. candidus.* *Batsch. El. jung.* p. 133.  
t. 20. f. 106.

In ericetosis sylvaticis circa Temsis in *Svecia*  
vulgaris.

Descr. *Stipes* solidus uncialis crassiuscu-  
lus glaber lævis l. subtriatus candidus, semper  
subæqualis et rarissime deorsum subincrassatus.  
*Pileus* carnosus convexus albedo-pallescens 1-2  
uncialis sericeo-fibrosus, vix umbonatus, demum  
rimoso-repandus. *Caro* alba. *Lamellæ* albidæ  
mox fordidæ cinerascetes, sed simul parum in

ochraceum colorem vergentes semiovatae 2 - 4  
natae liberae.

Obs. Quamvis fungus meus stipite sub-  
aquali et pileo vix umbonato recedat, secundum  
iconem tamen idem omnino fungus. — Affines  
etiam sunt:

- 1) *Agar. decumbens* P., sed stipites decumbens  
bulbosus, lamellae adnexae magis ochra-  
cae &c.
- 2) *Ag. argillaceus* P., sed differt. stipite tenui-  
ori 1 lin. crasso, pileo acute umbonato,  
lamellis adnexis &c.
- 3) *Ag. tricholoma*, *Albert. et Schwein.*  
stipite quoque tenuiori, lamellis decur-  
rentibus &c.

10. *Agaricus albus*, totus albus, pileo  
carnoso glabro convexo, lamellis totis adnatis,  
stipite subsolido brevi.

*Agar. albus.* *Pers. Syn.* p. 363. *Albert.*  
*et Schwein.* l. c. p. 181.

*Ag. virgineus.* *Batsch. El. fung.* p. 39.  
t. 3. f. 12.

In fagetis &c. *Sueciae*, *Germaniae*.

Descr. Solitarius, totus albus. *Stipes*  
brevis uncialis, raro subelongatus,  $\frac{3}{4}$  unc. crassus  
solidus, medio interdum cavus, glaber laevis sub-  
irregularis nunc rectus nunc ascendens, nunc

furfum nunc deorsum subattenuatus. *Pileus* convexus carnosus 2-3 unc. demum subplaniusculus lævis glaber, margine deflexo l. involuto glabro, interdum repando. *Lamellæ* distinctæ latiusculæ 2-natæ interdum flexuosæ, "ferrulatæ *Perf.*" totæ adfixæ.

In pinetis sæpius minor.

II. *Agaricus inamoenus*, lacteus graveolens, pileo planiusculo subumbonato carnosoglabro, lamellis adnatis, stipite solido elongato tenaci.

In pinetis, præsertim abietinis *Sveciæ* frequens.

De scr. — Odor et forma *A. sulphurei*, cui perquam affinis et in cuius consortio crescit. Distinctam tamen esse speciem, vix est quod moneam. — Totus albus. *Stipes* 2-4 unc. solidus subæqualis l. fursum angustatus lævis glaber, basi pubescens tenax. *Pileus* junior convexus dein planiusculus sæpe umbonatus glaber lævis albus uncialis et ultra, margine patente. *Caro* alba. *Lamellæ* alternæ firmæ subadnatæ, carne pilei latiores. *Odor* ingratus.

*Agar. graveolens. Schrad. Spic. p. 120.* stipite fragillimo tantummodo differt.

12. *Agaricus erythropus. γ. rhodopus*, pileo subcarnoso convexo glabro lammellisque

latisimis liberis albis, stipite fistuloso glabro roseo.

Ag. erythropus. *Perf. Syn.* p. 367. var.

In fagetis umbrosis Octobri.

Descr. *Stipes* fistulosus  $1\frac{1}{2}$  - 3 unc. crassit. pennæ gallinæ teres glaber sursum attenuatus subfragilis roseus lævis, interne ad latera stipitis cavi subvillosus. *Pileus* subcarnosus convexus vertice demum planiusculus albus  $\frac{3}{4}$  -  $1\frac{1}{2}$  unc. latus glaber lævis l. margine demum substriatus. *Lamellæ* latisimæ candidæ liberæ distinctæ 2 - 4 natæ.

Sequenti, etiam in Svecia a me primo lecto, vix affinis. Hujus descriptionem etiam dabo.

13. *Agaricus confluens*, cæspitosus pileo subcarnoso convexo glabro lamellisque angustis liberis albidis, stipite fistuloso subcompresso rubro pulverulento-tomentoso.

Ag. confluens. *Perf. Obs. myc.* I. p. 8.

*Perf. Syn.* p. 368.  *Ic. et descr. f.* p. 15. t. 5. f. 1. *Albert. et Schweitn.* l. c. p. 184.  $\alpha$ . et  $\beta$ . *rufo-cinnamomeus.*

Ag. tremulus et dispar. *Batsch. El. fung.* p. 104, 210.

In fagetis et pinetis frequens. Etiam in Svecia.

Descr. Cæspitosus. *Stipes* 3 - 5 uncialis



crass. pennæ gallinæ majoris, nunc teres nunc compressus, in speciminibus teretibus fistulosus, in compressis solidus, superne sæpe parum incrassatus l. dilatatus rufus, ubique tomento pulverulento subcinerascenti adpresso vestitus, basi cum pluribus confluentibus. *Pileus* subcarnosus fere membranaceo-coriaceus tenax flexilis convexus l. campanulatus albus explanatus 1-2 unc. glaber lævis. — Sæpe totus rufescit. *Lamellæ* confertæ angustæ, sed carne pilei sublatores liberæ albidæ polynatæ.

14. *Agaricus xanthopus*, pileo membranaceo-carnoso planiusculo glabro substriato, lamellisque liberis albidis, stipite fistuloso fulvo-flavo glabro.

In pinetis, Septembri.

Descr. Priori valde affinis, sed optime distinctus. *Stipes* fistulosus 3-5 unc. subæqualis teres l. sursum subattenuatus glaber crass. pennæ gallinæ et ultra erectus flavo-fulvus l. rufescenti-flavus unicolor glaber lævis. *Pileus* planiusculus tenax subcarnosus, margine membranaceus patens substriatus, albus l. pallidus 1-2 uncialis glaber. Ut antecedens species nonnunquam rufescit, hæc flavescit. *Lamellæ* albæ liberæ inæquales carne pilei latiores approximatae. — Etiam Mycenis affinis est.

Obs. Ad plurimas novas species sæpius attuli, cui proximæ sint e notis; expertus enim novi, quantam in fungis determinandis affert utilitatem.

15. *Agaricus fordarius*, albidus, pileo carnosio convexo glabro, lamellis longissime decurrentibus stipite solido.

*Ag. fordarius. Perf. Syn. p. 370.*

In silvaticis.

Descr. *Stipes* 1 - 1 $\frac{1}{4}$  unc. solidus crassit. digiti minimi, vix ultra, subæqualis l. deorsum increasatus glaber lævis albidus compactus elasticus. *Pileus* carnosus compactus hemisphæricus unicolor fordide albus lævis 1 unc. et ultra, margine deflexo primum involuto tomentoso, demum glabro acuto. *Lamellæ* latiusculæ congestæ albidæ 4-natæ longissime decurrentes.

Affinis est *Ag. mollis*, *Bolt. t. 40* et vix specie differt.

16. *Agaricus cretaceus*, cæspitosus albus, pileo carnosio planiusculo lamellis subconfertis adnexus, stipite longiusculo solido subtomentoso. *Perf. Syn. p. 369.*

$\beta$ . *ambiguus*, pileo subexcentrico.

In fagetis ad ligna putridissima.

Descr. *Stipites* numerosissimi cæspitosi basi connati radicati, radice albida lignum intrante,

curvati adscendentes subflexuosi 1 - 2 $\frac{1}{2}$  unciales, crass. 2 lin., quisque lævis glaber basi albo-villosus candidus flexilis nec fragilis solidus. *Pileus* carnosus difformis subexcentricus junior convexus demum planiusculus glaber lævis pallefcenti-albus l. candidus 1 - 2 unc., margine deflexo l. patente. *Lamellæ* totæ adnatæ tenues confertæ angustæ candidæ, carne pilei alba tenaci sublatiores.

*Pileus* tactus rarius rufescit. — Ad *A. lignatilem* etiam accedit.

17. *Agaricus repens*, pileo carnosio planiusculo cinerascenti-albo, lamellis basi truncatis latis albis, stipite albido compresso cavo, radiculis longissimis repentibus.

In fagetis, *Augusto*.

*Stipes* 2 - 3 uncial. cavus glaber lævis subæqualis l. basi subincrassatus albidus difformis, compressus sæpe curvatus longitudinaliter fissilis, deorsum albido-pubescentis radiculis simplicissimis pedalibus et ultra albis horizontaliter repentibus auctus. Variat teres et bifidus. *Pileus* 3 - 6 uncialis subcarnosus fere pellucidus glaber planus exalbido-cinerascens tenax margine membranaceo patente acuto. *Lamellæ* vix adnatæ, sed prope stipitem oblique truncatæ 4 - 8 natæ albæ latæ (carne pilei 8ties latiores).

Singularis species, *Ag. compresso* proximus;

sed differt *stipite* sæpe tereti, nunquam torto, cavo, *pileo* majori plano tenaci regulari dilutiori et radicibus repentibus &c.

18. *Agaricus discoxanthus*, subsolitarius, pileo carnosio planiusculo viscoso albido, disco flavescente, lamellis adnatis fuscescentibus latiusculis, stipite cavo squamuloso albo.

Descr. *Stipes* cavus 2 unc. crass. pennæ anserinæ æqualis albus rectus, totus albido-farinulentus l. obsolete squamulosus. *Pileus* planus orbicularis valde viscosus carnosiusculus  $1\frac{1}{2}$  - 2 unc. albus vertice obsolete subumbonatus flavescens, margine patente subintegro nonnunquam striato. Variat, licet raro, pileo unicolori albo et 3 unc. *Lamellæ* albido-fuscescentes leviter adnatæ 4-natæ decurrentes.

Differunt sequentes species maxime affines :

1. *Ag. eburneus*, Perf. Swartz., gregarius, pileo subcarnosio convexiusculo viscoso unicolori albido margine lævi, lamellis decurrentibus candidis latiusculis, stipite solido sub pileo farinulento.
2. *Ag. discoideus*, Perf., subcæspitosus, pileo carnosio planiusculo viscoso albido, disco flavescente, lamellis decurrentibus albidis tenuibus, stipite subsolido squamuloso.

Non multum forte erraverit, qui has, ut subspecies, conjunxerit.

## \*\* Pileo cinerascenti.

19. *Agaricus umbrosus*, pileo carnosomembranaceo planiusculo rugoso-squamuloso nigrescenti-umbrino margine piloso, lamellis confertis latissimis liberis roseis, stipite solido albido.

*A. umbrosus.* *Perf. Syn.* p. 353. *Ic. et descr.* I. p. 8. n. 9. t. 2. f. 5, 6.

In ligno putrido fagineo locis umbrosis. *Octobri.*

*Descr.* *Stipes* 2-3 unc. crassit. pennæ anserinæ cylindricus solidus albidus subsquamulosus. *Pileus* subcarnosus planiusculus rugosus squamulosus 2-3 unc. umbrinus, margine integro villoso. *Caro* tenuis superne pileo concolor. *Lamellæ* latissimæ liberæ 4-natæ roseæ, juniores dilutiores.

An ab *Ag. pluteo* P. vere distinctus? In hujus consortio sequentem legimus *A. plutei varietatem*:

*Ag. pluteus. β. permutatus*, minor, pileo glabro flavescente, lamellis flavescenti-roseis, stipite flavescente striato. — Pileum etiam vidi cinereum sed lamellas et stipitem flavescentes.

20. *Agaricus agathosmus*, pileo convexiusculo carnosopapilloso svaveolenti, cinereo, lamellis albis decurrentibus, stipite solido albo.



In silvis abietinis densis, una cum *Ag. inamoeno*, sed rarior. *Septembr. Octobr.*

Descr. *Stipes* solidus 2 uncialis crassit. pennæ anserinæ æqualis glâber basi albido pubescens lavis albus rectus, raro curvatus, elasticus, demum cavus. Variat sursum subattenuatus et squamuloso-pubescens. *Pileus* carnosus convexus demum planiusculus 1 - 1½ unc., interdum subviscosus, papillis minutissimis dilutionibus oblitus. *Lamellæ* albæ 2-natæ decurrentes distinctæ latiusculæ. *Odor* gratissimus.

Diu pro varietate *Agar. pustulati* P. habui, a quo caractere ægre distinguitur, sed odore gratissimo, colore et magnitudine satis differre videtur. Ceterum nullo modo *Ag. eburneo* affinis, ut de fungo hoc attulerunt observatores diligentissimi de *Albertini* et de *Schweiniz.* — Noster *Ag. fragranti* potius affinis et hinc summa differentia apparet!

21. *Agaricus tumidus*, pileo carnosio convexo-plano lævi cinerascenti, lamellis distinctis albis latis emarginato-adnexis, stipite longo tumido.

*Ag. tumidus.* *Perf. Syn.* p. 350.

In pinetis *Sveciæ*, Germaniæ rarior, *Septembri.*

Descr. *Stipes* ventricosus crassus difformis

subradicatus, radice deorsum subangustata præ-  
 morfa glabra, carnosus solidus glaber striatus  
 pallidus albus, semel subflavescentis visus, subcur-  
 vatus firmus 3-4-6 uncialis, 1 unc. crassus.  
*Pileus* carnosus convexus mox planus, raro sub-  
 umbonatus cinereus, glaber lævis 3-4 uncialis,  
 sæpe difformis et demum margine rimosus. *Caro*  
 alba. *Lamellæ*  $\frac{1}{2}$  unc. totæ distinctæ albæ emar-  
 ginatæ, denticulo stipiti adfixæ.

22. *Agaricus lachnopus*, pileo carnosio re-  
 pando convexiusculo cinereo, lamellis candidis  
 angustissimis subvenosis, stipite villosio subcavo  
 cinerascens.

In fagetis umbrosissimis ad ligna putre-  
 scentia. *Initio Octobr.*

Distincta species, si qua; nulli alio mihi  
 noto affinis.

Gregarius l. cæspitosus carnosus firmus. *Sti-  
 pes* solidus l. cavus, intus medulla spongiosa cen-  
 tro faretus 1-1 $\frac{1}{2}$  unc. undique pube tenui obsi-  
 tus curvatus adscendens crassus. fere digiti minimi  
 substriatus cinerascens. *Pileus* irregularis subho-  
 rizontalis convexiusculus, nunc integer nunc di-  
 midiatas nunc centralis nunc excentricus, loba-  
 tus lobis rotundatis firmis minime flexibilibus  
 marginalibus, sed interdum usque ad stipitem  
 fissus, cinereus furfuraceo-pubescentis l. glaber

1 - 1 $\frac{1}{2}$  unc. margine revoluta repando. *Lamella* angustissimæ marginem pilei versus subvenosæ, prope stipitem incrassato-adfixæ candidæ inæquales sæpe dichotomæ.

23. *Agaricus lampropus*, pileo subcarnoso convexo cinereo-griseo fibrilloso, lamellis albidis denticulo-adnatis, stipite nitido coeruleo fistuloso.

Ag. columbarius. *Bull. Champ.* t. 408. f. 1.

In silvaticis frondosis.

Descr. *Stipes* fistulosus 1-2 unc. 2-3 lin. crassus subæqualis glaber lævis nitidus coeruleus l. cyanescens teres, demum nonnunquam compressus. *Pileus* uncialis et ultra tenuis carnosus convexus, raro umbilicatus, cinereo-griseus fibrillosus. *Lamellæ* latæ distinctæ pallidæ fordide-albæ l. cinerascens denticulo adfixæ.

Ag. atro-cyaneo P., cyanipede &c. affinis, sed colore distinctus. Etiam satis diversus videtur *Ag. columbarius*, *Sowerb.* t. 161.

24. *Agaricus polius*, cæspitosus, pileo subcarnoso convexo dilute cinerascens glabro, lamellis albidis adnatis, stipite solido albo.

In fagetis inter folia dejecta, æstate et autumno.

Descr. *Stipites* plurimi (40-50) basi connati cæspitosi solidi 2-3 unc. crassit. vix

pennæ anferinæ æquales flexuosi glabri læves albi. *Pileus* primo convexus mox planiusculus subcarnosus glaber orbicularis dilute cinerascens  $\frac{1}{2}$  - 2 unc., raro subumbonatus. *Lamellæ* 4-natæ albidæ adfixæ. Odor et sapor nullus.

*Ag. canus*, *Schum. Sall.*, hujus esset loci, nisi *pileus sericeus*.

25. *Agaricus lanuginosus*, pileo carnoso convexo squamuloso-villoso griseo-murino, lamellis adnatis cinerascens, stipite solido obscure cinereo.

*Ag. lanuginosus*. *Bull. Ch.* t. 370.

Juxta vias in silvis *Svecicis* meum fungum haud raro legi.

*Descr.* *Stipes* solidus brevis (subuncialis) æqualis rectus teres firmulus plus minusve obscure cinereus lævis l. tenuissime fibrilloso-squamulosus. *Pileus* carnosus convexus griseo-murinus 1 - 1 $\frac{1}{2}$  unc. villosus-squamulosus. *Caro* diluta. *Lamellæ* 2-4 natæ carne pilei latiores cinerascens totæ adnatæ.

26. *Agaricus mammosus*, pileo subcarnoso convexo umbonato fuscescenti-griseo glabro, lamellis levissime adnatis griseis, stipite fistuloso concolori.

*Ag. mammosus*. *Linn. Svec.* 2. n. 1218. (*quoad descr.*)

In silvis frequens.

Descr. *Stipes* fistulosus elongatus 2-4 unc. teres subfragilis striatulus glaber subæqualis pileo concolor. *Pileus* primo conicus dein convexus umbonatus glaber lævis fuscæscenti-griseus l. subfuscus vertice carnosus totus explanatus  $\frac{1}{4}$ - $\frac{1}{3}$  unc. *Lamellæ* 2-4 natæ griseæ distinctæ subliberæ l. levisime adnatæ, margine rarius crenatæ.

Obs. Agarici cinerei numerosissimi et hinc caute determinandi. — Ex sexcentis aliis, tales nonnullos modo attuli, qui rariores sunt et ab aliis proprietate quadam singulari distinguuntur. Ut Novitiæ Fl. Svecicæ nominandi *Agaricus nebularis*, *obscurus* &c. ex hac sectione.

\*\*\* Pileo pallescenti-flavescente, virescente et cinereo-flavo.

27. *Agaricus lepideus*, pileo carnosio compacto convexo subsquamoso flavescente, lamellis albis ferratis crenatisque decurrentibus, stipite solido squamoso.

Ag. squamosus. *Schæff. Fung. t. 29, 30. optime. Dickf. Crypt. Britt. 2. p. 24. Hudf. Angl. 2. p. 614.*

In truncis pineis *Sveciæ*, *Germaniæ*, *Angliæ*, solitarie.



Obf. Cum *A. squamoso Perf. Syn.* p. 409 non confundendus.

Descr. *Stipes* durus sublignosus solidus uncialis et ultra crass. digiti minimi æqualis radicatus squamis fuscis erectis vestitus albido-fuscescens. *Pileus* compactus carnosus convexo-pulvinatus durus crassus fordide flavescens subsquamosus squamis obscurioribus adpressis, margine deflexo submembranaceo. *Lamellæ* latiusculæ 4-natæ albr longissime decurrentes margine ferratæ. *Pileus* 1½ - 2 unc. latus.

Ad *A. tigrinum*, Bull. t. 70 Cel. *Peerson*, dubie licet, retulit et cum hoc miro modo *stipite* duro squamoso, *pileo* squamoso, *lamellis* decurrentibus ferratis albis, magnitudine, loco natali &c. convenit, sed *pileus* in *lepideo* constanter convexus flavescens crassior, *squamæ* minus pilosæ, *stipes* firmior &c.

28. *Agaricus corticatus*, pileo carnosio convexo lævi firmo pallescente, lamellis distinctis liberis stipiteque solido, cortice fuscescente subvillosa-rugoso oblecto, albis.

In graminosis, *Augusto*.

Descr. Odor subfortis gratus. *Stipes* 2-3 unc., penna anserina tenuior, solidus, substantia interna fibrosa strictus firmus glaber lævis; sed cortice crassifusculo dissolubili albido fusce-



scente deorsum præcipue villoso-rugoso vestitus. *Pileus* carnosus convexus, demum planiusculus glaber læviusculus 1-2 unc. subhumidus flavescenti-pallidus, raro subumbonatus, margine striato. *Caro* alba. *Lamellæ* distinctæ 2-natæ firmæ latæ liberæ, prope stipitem truncato-dilatatæ, albæ.

Notabilis sane species, odore, stipite corticato strictissimo, lamellis latis liberis et nonnunquam obbifidis.

29. *Agaricus penetrans*, pileo carnosio convexo-plano glabro flavescenti, lamellis adnatis albidis crebris, stipite solido albo striato, radice albo-villosa.

Truncos putridos pineos in *Svecia* penetrat.

Descr. *Stipes* 2-3 unc. 4-5 lin. crassus æqualis solidus glaber albus striatus radicans, radice elongata æquali albo-villosa. *Pileus* subcarnosus convexus l. subplanus tenax fictus rugulosus glaber 1-2 unc. pallide flavus margine demum fissus. *Lamellæ* adfixæ pallidæ albæ l. flavescentes inæquales confertæ.

Varietatem *A. peronari* Sow. esse suspicatus sum, donec hunc invenerim.

*A. fusipede* ceterum proximus, quamvis ab hoc etiam abunde differt.

30. *Agaricus peronatus*, pileo carnosio-

membranaceo convexo glabro flavescenti, lamellis liberis subochraceis distinctis, stipite solido albidulo, deorsum flavescenti-strigoso radicato.

α) *A. peronatus*. *Perf. Syn.* p. 331. *Bolt. F.* t. 58. *Sowerb. F.* t. 37.

β) *approximatus*, pileo ochraceo, lamellis liberis subdistantibus stipiti approximatis, stipite albo-strigoso.

γ) *remotus*, pileo flavescenti, lamellis liberis a stipite remotis, stipite flavo- l. albo-strigoso.

δ) *apricarius*, lamellis stipitem subattingentibus, stipite pallide strigoso.

In Germania, Anglia, Svecia, frequens.

α, β. Inter folia dejecta faginea præcipue legi, locis subhumidis γ. Eisdem locis siccioribus. δ. Semel visus in ericeto aprico ad folia betulina.

Descr. Conveniunt omnes allatæ, hujus sine dubio loci, varietates:

*Stipite* solido 2-3 unc. crassit. pennæ gallinæ l. anserinæ firmo subelastico laxi l. striatulo pallescenti-albido, rarius sordide ochraceo sursum recto subglabro basi subcurvato radicato subincrassato tomentoso, tomento erecto strigoso elongato conferto pallido. *Pileo* carnoso membranaceo fere coriaceo flaccido subumbonato, juniore convexo demum explanato glabro sæpius rugu-

loso flavescente l. pallide ochraceo 1 - 2 unc., margine primum inflexo, dein patente. Carne tenaci tenui alba. Lamellis liberis, sed ad stipitem plus minusve approximatis, 4 - 8 natis carne pilei latioribus firmis pileo subconcoloribus.

α. Distinguitur: lamellis stipitem attingentibus et tomento stipitis flavo.

β. Lamellis pileo subobscurioribus ochraceis, stipite interdum subfistuloso et in solidis demum compresso, utrinque dilatato, basi albo-villoso.

γ. Lamellis a stipite remotis albido-ochraceis, stipite superne tomento adpresso vestito, inferne tomentoso; tomento nunc pallide flavo, nunc albido.

δ. Lamellis stipitem attingentibus, stipite albo-frigoso.

31. *Agaricus flavovirens*, pileo carnoso subdepresso flavescente, squamis minutis nigrescentibus, lamellis stipiteque subfistuloso concolore.

*Ag. flavovirens.* *Perf. Syn.* p. 319. *Abb. der Schw.* 3. t. 24.

*A. aureus.* *Schaff. Fung.* t. 41.

In ligno putrido pineo Germaniæ, Sueciæ &c.

Descr. *Stipes* 2 - 3 unc. pennæ anserinæ crasfit. subcentralis glaber lævis l. squamulis ci-

nerascentibus vestitus, teres subfistulosus citrinus subcurvatus deorsum attenuatus. *Pileus* carnosus subdifformis flavus 3 unc. primo convexiusculus demum et depressus, in quo statu cum *A. trichao*, *bello* &c. non confundendus, squamulis cinereo-nigris obfite, marginem deflexum l. patentem versus rarioribus. *Lamellæ* citrinæ 4-8 natæ adfixæ demum subliberæ.

32. *Agaricus luridus*. *Pers. Syn.* p. 321. *Schæff.* t. 69.

Ad hunc, et secundum iconem *Schæfferi* et descriptionem *Persoonii* sequens fungus referri debet:

♂. *spodoxanthus*, lamellis subtotis adnatis, stipite cavo.

In ligno fagineo putrido loco umbroso, semel in Svecia lectus, sed copiose.

Descr. Truncigenus gregarius l. cæspitosus: *Stipes* subcavus  $1\frac{1}{2}$  - 2 unc. crassit. pennæ gallinæ subæqualis subtenax teres flavescens, superne subsquamosus farinulentus, interdum subcompressus. *Pileus* convexus carnosus demum planiusculus  $\frac{1}{3}$  -  $\frac{2}{3}$  unc. lævis virescenti-cinereo-flavescens, margine lævi subpatente. *Lamellæ* 4-8 natæ cinereo-flavescentes nonnunquam virescentes confertæ totæ adnexæ.

*Agaricus cerineus*, Floræ Sveciæ Novitia, et

nonnullæ aliæ novæ species huic proximæ, omnino etiam differunt.

\*\*\*\* Pileo rubro, rufo &c.

33. *Agaricus pratensis*, pileo carnosio convexo glabro rubescenti, lamellis subobscurioribus distantibus decurrentibus, stipite solido deorsum attenuato.

*A. pratensis.* *Perf. Syn.* p. 304. *Comm. in Schæff. Fung.* p. 124.

*A. fulvosus.* *Bolt. F.* 2. f. 56.

*A. miniatus.* *Sewerb. F.* 1. 141.

In muscolis *Sveciæ*, *Germaniæ*, *Galliæ*, *Angliæ* &c.

*Descr.* *Stipes* 1 - 1½ uncialis basi attenuatus crassit. pennæ gallinæ l. anserinæ solidus firmus teres glaber lævis. *Pileus* varius, campanulato-dilatatus subconvexus l. planiusculus subumbonatus glaber lævis nitidus 1 - 1½ unc. varie fulvo-rubescens. *Lamellæ* subcinnamomeo-rubræ (obscuriores pileo) decurrentes firmæ distantes carne pilei pallida vertice angustiores, margine latiores.

34. *Agaricus imbricatus*, pileo carnosio convexiusculo subumbonato, squamulis villosis imbricatis, spadiceo-rufo, lamellis albidis adnatis, stipite subsquamuloso.

In silvis. Octobri.

Descr. *Stipes* solidus l. sapius cavus firmus rectus teres 2-2½ unc. longus ½ unc. crassus subsquamosus l. glaber fordidus albidus l. rufescens. *Pileus* carnosus convexus demum magis explanatus subumbonatus umbrino-rufus (fere *Hydn. imbric.* sed color magis rufus) squamulis villosis subimbricatis minoribus dense obsitus 2-3 unc. subæqualis firmus, carne alba. *Lamellæ* albidæ 4-natæ firmæ adnatæ tenuissime emarginatæ.

35. *Agaricus picreus*, cæspitosus, pileo carnosio convexo cinnamomeo glabro, lamellis flavis emarginato-adnatis, stipite glabro fulvo-umbrino.

Ag. picreus. *Perf. Syn.* p. 315.  *Ic. et descr. Fung.* p. 14. t. 4. f. 7.

In truncis, præsertim pineis, Germaniæ, Sveciæ.

Descr. Gregarius cæspitosus. *Stipes* 2 unc. crassit. pennæ gallinæ l. parum crassior fistulosus fulvo-umbrinus subæqualis cylindricus glaber lævis ascendens. *Pileus* subcarnosus convexus glaber cinnamomeus lævis 1-2 uncial. ficcus l. interdum humidus margine integro. *Lamellæ* flavæ emarginatæ, adfixæ tamen leviter, subangustæ, sed carne pilei latiores, approximata 4-natæ. — Sapor nunc amarus nunc etiam nullus.



## IV. MYCENA.

## A) Graveolentes.

Obs. Familia hæc, a *Michaelio* constituta, maxime naturalis et species affines conjungit; hinc a me restituta.

36. *Agaricus scorodoni* (*Schæfferi*) graveolens, pileo subcarnoso planiusculo lamellisque crispis albidis, stipite brevi rufescenti glabro.

A. *Schæfferi*. *Perf. Obs. myc.* 2. p. 55.

A. *alliatus*. *Perf. Syn.* p. 373. *Swartz in Vet. Ac. Handl.* 1808. p. 91. *Schæff. F.* t. 99.

A. *alliaceus*. *Sw. Bot.* n. 179.

Fungus non vescus exilis albicans pediculo spadiceo, odore allii. D. *Breyonii*. *Mich. Gen.* t. 77. f. 2.

In ericetosis frequens.

Obs. Descr. dederunt *Swartz* l. c. *Persoon* l. c.

37. *Agaricus cepaceus* (*Michelii*) graveolens, pileo submembranaceo convexo luteo, lamellis albis, stipite mediocri lutescenti glabro.

Fungus parvus luteus odore Allii, lamellis albis, pediculo superna parte concolore. *Mich. Gen.* l. c. t. 98. f. 5.

Habitat in Italia in fimo per agros fuso-  
autumno. *Michelius*.

Obs. Non vidi, sed autoritate *Michelii* attuli, cum quoad descriptionem, iconem et locum natalem omnino a sequenti differre videtur. *Stipes* deorsum incrassatus 2-3 unc. *Pileus*  $\frac{1}{3}$  -  $1\frac{1}{2}$  unc. (*Quoad Ic.*)

38. *Agaricus porreus* (*Scopoli*), graveolens, pileo submembranaceo convexo lamellisque fusco-flavescentibus, stipite longiusculo rufescenti basi piloso.

Ag. porreus. *Pers. Syn.* p. 376. *Swariz.* l. c. p. 92.

A. Scopoli. *Pers. Obs. myc.* 2. p. 55.

A. alliaceus. *Scop. carn.* 2. p. 454. *Sow. Fung.* t. 81.

In nemoribus Carnioliae, Angliae, Daniae, Sueciae inter folia dijecta.

Obs. *A. allicinus* (*Bulliardi*). *Schum. Sell. Bull.* t. 158, 524. f. 1, a me non visus; nec ab antecedenti et sequenti sufficientes invenire potui characteres.

39. *Agaricus alliaceus* (*Jacquini*) graveolens, pileo membranaceo convexo fuscescenti, lamellis albidis, stipite elongato nigrescenti-glaucobasi strigoso.

A. alliaceus. *Pers. Syn.* p. 375. *Obs. myc.* 2. p. 54. *Jacq. Obs. Bot.* p. 100. *Fl. Austr.*

t. 82. *Fl. Dan.* t. 1251. *Schum. Sall.* 2. p. 270.  
*Albert. et Schwein.* l. c. p. 190.

Fungus alpinus odore et sapore Allii &c.  
*Mich. Gen.* p. 144. t. 78. f. 4.

In fagetis umbrosis subrudis. Etiam in ligno putrido.

Hæc, ut etiam omnes sequentes Mycenæ species, a me in *Svecia* primo lecta. — Hujus descriptionem dare superfluum foret, cum variis l. c. exstat; sed nomen specif. emendavi &c.

40. *Agaricus leptocephalus* (*Perfoonii*) graveolens cinereus, pileo membranaceo umbonato fulcato repando, lamellis crassiusculis adnatis, stipite brevi glabro.

*A. leptocephalus.* *Perf. Syn.* p. 381. *l. c. et descr.* t. 12. f. 4.

Ad truncos in umbrosis *Sveciæ*, *Germaniæ*.

*Descr.* Stipes fistulosus uncialis l. parum ultra, crass. vix pennæ gallinæ æqualis glaber lævis cinereus. *Pileus* membranaceus umbonatus, umbone obscuriori cinereus opacus glaber striatus, striis profundis obscurioribus, margine subrepando; totus explan.  $\frac{2}{3}$  unc. &c. *Lamellæ* obscure glauco-cinereæ crassæ distinctæ, in meis speciminibus totæ fere adnatæ. *Odor* fortis nitrosus.

Obs. *A. epipterygium* Perf. semper graveo-  
lentem inveni (tacent tamen omnes fere Auctores)  
et hinc ad hanc familiam pertinet.

## B) I n o d o r i .

† Stipite lactescente.

(Etiam hæc Sectio naturalis.)

41. *Agaricus crocatus*, subsolitarius, pileo  
membranaceo cinereo obsolete striato, lamellis al-  
bis stipiteque succo croceo refertis.

Ag. crocatus. *Perf. Syn.* p. 380. *Schrad.*  
*Spic.* p. 127. *Schum. Sall.* 2. p. 272.

β. *truncigenus*, pileo minori cinereo-rubro.

Inter folia dijuncta faginea locis umbrosis hu-  
midis in Germania, Dania, *Svecia australi.*

β. Ad truncos fagineos.

Descr. *Stipes* 3-5 unc. crasfit. culmi  
gramin. rectus strictus l. flexuosus croceo-ruber  
lævis glaber, *radice* obliqua repente fibrilloso-vil-  
losa. *Pileus* campanulatus membranaceus papil-  
latus glaber dilute cinereus striatus, vertice lævi  
subcarnoso obscure rubicundo. *Diamet. infer.*  
4-5 lin., pilei explanati uncialis. *Lamellæ* di-  
stinctæ 2-natæ candidæ basi attenuato adfixæ et,  
stipitis instar, succo croceo refertæ.

Var.  $\beta$ . colore, magnitudine et loco natali tantum differt.

42. *Agaricus hamatopus*, cæspitosus, pileo carnosio-membranaceo rufescenti striato, lamellis albis stipiteque succo atro-sanguineo refertis.

Ag. hamatopus. *Perf. Syn.* p. 379. *Obs. myc.* 2. p. 56. *Albert. et Schwein.* p. 192.

Ad truncos putridos, præsertim fagineos, Germaniæ, Sveciæ.

Descr. Cæspitosus truncigenus totus fere lacte sanguineo-purpureo refertus. *Stipites* numerosissimi confertim nascentes fistulosi 2-4 unc. crassit. pennæ gallinæ adscendentes glabri deorsum pubescentes, rupti lactescentes. *Pileus* submembranaceus, disco pseudo-umbonato subcarnoso, campanulatus demum convexus uncialis glaber striatus pallido-roseus l. exalbido-rufescens. *Lamellæ* leviter adfixæ, denticulo decurrente, 2-natæ albidæ.

43. *Agaricus sanguinolentus*, subsolitarius, pileo membranaceo rubello striato, lamellis concoloribus atro-purpureo-marginatis, stipite succum dilute rubrum stillante.

Am. sanguinolenta. *Albert. et Schwein.* l. c. p. 196.

In Germania, Svecia. Meum fungum in paludosis sphagnosis foliis abietinis adhærentem legi.



Descr. Terrestris solitarius l. gregarius. *Stipes* fistulosus elongatus 4-5 unc. filiformis strictus glaber tenax laevis, basi dilutior subfibrillosus. *Pileus* vere membranaceus late campanulatus obtusus dilute roseus, disco subobscuriori exsuccus glaber striatus, striis saepe obscurioribus 2-3 lin. altus, sed explan.  $\frac{1}{4}$  -  $\frac{1}{2}$  unc. *Lamellae* distinctae dilutiores 2-natae subliberae, margine atropurpureo, interdum concolori. *Succus* stipitis dilute roseus.

44. *Agaricus galopus*, subsolitarius, pileo membranaceo nigrescenti-glaucostriato, lamellis albis, stipite succum album secernente.

A. galopus. *Perf. Syn.* p. 379. *Obs. myc.* 2. p. 56. *Alberi. et Schwein.* p. 192.

A. lactescens. *Schrad. spic.* p. 128. n. 35.

In silvis muscosis praesertim humentibus Germaniae, Sueciae. Ad ligna putrida, raro.

Descr. Solitarius saepius epigeus, sed etiam epixylus. *Stipes* fistulosus 1-3 unc. gracilis basi subincrassatus, radice pubescente auctus, adscendens glaber laevis cinereo-nigricans sursum dilutior. *Pileus* membranaceus campanulatus 3-4 lin. striatus glaber "pruinatus *Perf.*" colore plus minusve nigrescenti-cinereo l. glaucescente. *Lamellae* liberae albae 2-3 natae marginem versus latiores interdum cum pileo, ut stipites semper, lactescentes.



Obf. Lamellas nunquam arcuato-adnexas, ut apud *Perfoonium*; sed semper liberas cum *Schradero* inveni.

## ++ Stipite exsucco.

\* Lamellis albis, pileo discolori.

45. *Agaricus lævigatus*, subgregarius, pileo membranaceo campanulato lævigato dealbato-cinereo, lamellis albis, stipite basi fibrilloso.

Ag. lævigatus. *Perf. Syn.* p. 380. *Albert. et Schwein.* p. 192.

In pinetis muscosis humentibus passim; etiam in *Suecia*.

Descr. Gregarius terrestris. *Stipes* fistulosus elongatus 2-4 unc. crassit.  $1\frac{1}{2}$  - 2 lin. rectus subtenax albidus l. cinerascens albus lævis glaber basi piloso-fibrillosus. *Pileus* membranaceus campanulatus 4-6 lin. latus obtusus nec papillatus, omnino fere lævis exalbido-cinerascens, vertice subobscuriori. *Lamellæ* albidæ latiusculæ 2-natæ adfixæ.

46. *Agaricus pilosus*, solitarius, pileo membranaceo subhemisphærico papillato striato, lamellis stipiteque basi villoso-albidis.

Ag. pilosus. *Perf. Syn.* p. 380. *Albert. et Schwein.* l. c. p. 193. *Börsch. El. fung.* p. 67. t. I. f. 2. non differt.

Ag. filipes. *Bull. Champ.* t. 320.

A. membranaceus. *Hoffm. Nomencl.* t. 6. f. 1.

In silvaticis intra folia dijecta faginea &c. —

Etiā in *Suecia* non infrequens.

Deser. Subsolitarius terrestris. *Stipes* fistulosus elongatus 2—4 unc. gracilis strictus subæqualis albido-cinereus lævis glaber, basi villo albido radicans. *Pileus* membranaceus, junior campanatus mox hemisphæricus umbonatus striatus glaber albido-cinereus semiuncialis et infra. *Lamellæ* albæ distinctæ alternæ, breviores adfixæ.

47. *Agaricus conigenus*, gregarius, pileo subcarnoso difformi planiusculo umbonato lævigato, lamellis albis confertis, stipite brevi radice albis.

Fungus parvus in conis abietis dejectis nascens. *Buxb. Cent.* 1. p. 36. t. LVII. f. 2.

α) *fuligineo-lividus*. *Ag. conigen.* *Perf. Syn.* p. 388.

β) *pallens*. *Albert. et Schwein.* l. c. p. 195.

In *Strobilis Pini Abietis* et *sylvestris* in *Suecia*, *Germania* &c.

Obs. Fungus *Suecicus*, quem describo, ad β pertinet. *Buxbaumius* utrumque describit. Icon *Ejus*, ab omnibus neglecta, bona.

Deser. *Stipes* fistulosus  $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$  unc. crassit. vix pennæ gallinæ æqualis albus, pulvere conco-

lore conspersus, basi fibrillis longis rectis albis squamulas strobilorum adhæret. *Pileus* subcarnosus tenuis convexus subumbonatus demum planiusculus subdifformis angulatus l. depressus lavis l. margine tenuissime striatus  $\frac{1}{2}$  unc. pallide cinerascens-rufescens (var.  $\beta$ ) et cinereo-lividus P. (var.  $\alpha$ .) *Perf.* *Lamellæ* confertæ candidæ angustæ liberæ quidem, sed stipitem fere attingentes.

Obs. Præter colorem pallentem  $\beta$ . ab  $\alpha$ . nullo modo differt.

48. *Agaricus vulgaris*, gregarius, pileo membranaceo papillato, demum subumbilicato subviscoso, cinereo striato, lamellis albidis, stipite crassiusculo viscoso.

*Ag. vulgaris.* *Perf. Syn.* p. 394. *Albert. et Schwein.* p. 198.

In silvis, præsertim *Svecicis*, autumnno pluvioso, sat copiose.

*Descr.* Gregarius confertus parvus terrestris rarior epixylus. *Stipes* 1-2 unc. fistulosus  $1\frac{1}{2}$ -2 lin. crassus deorsum subincrassatus viscosus cinereus inferne pilis albis folia pinea adhæret. *Pileus* membranaceus subviscosus, junior campanulatus mox planiusculus subumbilicatus cinereus striatus 2-3 lin. *Lamellæ* distinctæ albidæ 2-natæ uncinato-adhææ, etiam subdecurrentes in pileo umbilicato, hinc omphaliis affinis.

Ad hanc sectionem pertinent e Svecicis *Ag. galevicularus, polygrammus, spinipes, astivus* &c.

**\*\* Lamellis albis, pileoque concolore.**

49. *Agaricus lacteus*, subgregarius albus, pileo membranaceo campanulato obtuso striato, lamellis subliberis, stipite longiusculo basi hirsuto.

*Ag. lacteus. Pers. Syn. p. 394. Albert. et Schwein. l. c. p. 198.*

$\beta$  *pirhyus*, pilis radicalibus densis subradiatis. *Pers. l. c.*

Habitat in pinetis passim. Frequens in *Svecia*,

Descr. Subgregarius epigæus, raro epixylus, totus albus. *Stipes* fistulosus 2-3 unc. subfiliformis fragilis basi parum crassior ascendens hirsuto-radicatus, pilis densis albis folia pinea adnatus, superne glaber lævis. *Pileus* membranaceus campanulatus obtusus, rarissime umbonatus, striatus glaber  $\frac{1}{3}$ - $\frac{1}{2}$  unc. haud ultra. Variat viscosus. *Lamellæ* candidæ subliberæ distinctæ alternæ l. æquales.

*Lamellæ* subadnatæ secund. *Persoon.*

50. *Agaricus tuberosus*, gregarius albus, pileo subcarnoso convexo lævi, lamellis adnatis, stipite brevi Sclerotiis adnato.

*Ag. tuberosus. Pers. Syn. p. 374. Albert.*

et Schwein. l. c. p. 190. Bull. t. 250 (in Scler. cornuto Fr.) et t. 522 (in Scl. Fungorum P.)

Ag. bulbosus. Schum. Siell. 2. p. 307.

Ag. amanitæ. Batsch. El. fung. Cont. 1. p. 109. t. 18. f. 93. Pers. Obs. myc. 2. p. 52.  $\alpha$  uberosus et  $\beta$ . Sclerotii.

Ag. alumnus. Bolt. Fung. p. 155. t. 155.

$\beta$ . cirratus, stipite deorsum piloso. Pers. Syn. l. c.  $\beta$ . Obs. myc. l. c.  $\gamma$ . Alb. l. c.  $\beta$ .

Habitat intra Agaricos putridos et muscos in Sclerotio muscorum, fungorum, cornuto &c. — Passim in Svecia.

Descr. Gregarius confertus parvus in fungis parasiticus. Sripes subfibrillosus tenuis  $\frac{1}{2}$  unct. et ultra subæqualis  $\frac{1}{2}$  lin. crassus varie flexus plus minusve glaber basi variis Sclerotii innatus. Pileus 1–2 lin. latus convexus tenuissime carnosus lævis glaber albus papillatus. Lamellæ alternæ adnatæ tenues subdistinctæ candidæ.

Obs. Quod de basi hujus fungi polymorpha attulerunt Auctores, ad Sclerotia, quibus innascitur, pertinet. Hinc etiam duæ varietates in Obs. myc. l. c. Vide alio loc.

51. *Agaricus stylobates*, solitarius albidus, pileo membranaceo convexo striato, lamellis plano-ascendingibus, stipite basi membranulæ orbiculari imposito.



Ag. stylobates. *Perf. Syn.* p. 390. t. 5. f. 4.  
*Schum. Sall.* 2. p. 267. *Albert. et Schwein. l. c.*  
 p. 196.

Habitat in Germania, Svecia, Dania. A me  
 variis locis lectus ex. gr. in foliis arborum, *vac-*  
*cinii vitis id.* et in *Rhizomorpha subcorticali* et  
 ligno putrido et præsertim copiose in pinetis ad  
 terram supra folia pinea putrescentia.

**Descr.** Solitarius, rarissime gregarius.  
*Stipes* fistulosus uncialis et ultra, in speciminibus  
 epiphyllis fere capillaris, in epigæis firmior et  
 sæpe transversim corrugatus, glaber albus, basi  
 membranula orbiculari convexa pilosa 1-2 lin.  
 albida l. fuscæscenti. *Pileus* membranaceus con-  
 vexus 3 lin. glaber striatus pellucidus albidus, de-  
 mum cinerascens. *Lamellæ* albidæ plano-adscen-  
 dentes demum subliberæ 2-4 natæ semiobovatæ.

*Agar. nanus.* *Bull.* Specificè vix differt.  
 Sequentem hujus subspeciem, valde notabilem, in  
 trunco putrido semel (18. Jul.) legi.

52. *Agaricus dilatatus*, solitarius, pileo  
 planiusculo membranaceo vertice lævi, lamellis  
 liberis, basi membranulæ orbiculari imposito.

In trunco betulino.

**Descr.** Species vix est distincta, sed nec  
 pro mera prorsus varietas habenda. *Stipes* 1½ unc.  
 fistulosus fragilis lævis, nec corrugatus, glaber



albus deorsum subincrassatus et membranula orbiculari concolore striata glabra convexa 2-lineari impositus. *Pileus* convexo-planiusculus membranaceus albidus uncialis, vertice lævi margine subdeflexo sulcato-striato, striis subramosis. *Lamellæ* albæ distinctæ semilanceolatæ 4-natæ liberæ.

53. *Agaricus integrellus*, fascicularis candidus, pileo membranaceo hemisphærico striato, lamellis decurrentibus distantibus subintegræ, stipe deorsum pubescente.

*Ag. integrellus*. *Pers. Syn.* p. 393.  *Ic. et descr. Fung.* p. 54. t. 13. f. 5. *Schum. Sall.* 2. p. 336.

*β. lignarilis*. *Albert. et Schwein.* l. c. p. 197.

In umbrosis supra folia dijuncta et ramulos putrescentes, rarior in Germania, Dania, *Svecia*.

*Descr.* Fungus polymorphus, totus semper candidus, fascicularis l. saltem gregarius. — *Stipes* fistulosus sæpe uncialis et ultra  $\frac{1}{2}$  —  $1\frac{1}{2}$  lin. crass., suberectis firmulus basi tenuissime incrassatus et pubescens. *Pileus* membranaceus junior conicus, mox hemisphæricus subdifformis basi 2 — 3 lin. latus, sed explanatus interdum fere semiunc. glaber tenuissime striatus. *Lamellæ* integræ distantes rugæformes subdecurrentes marginem sæpe vix attingentes.

*Obs.* *Descr.* nostra a *Persoonii* parum recedit, sed idem omnino fungus.

\*\*\* Lamellis albis, margine discoloribus.

54. *Agaricus rubromarginatus*, pileo campanulato - convexo membranaceo obtuso cinerascenti - pallido, lamellis adnatis albis purpureo-marginatis, stipite exsucco.

In pinetis *Sveciæ* supra folia et strobilos *Pini Abietis*.

Descr. Species maxime distincta, et *Ag. sanguinolento*, cui descriptio proxima, ne affinis quidem. Stipes fistulosus 1 - 2 unc. erectus l. basi curvatus subtenuis albidus æqualis glaber lævis basi fibrillosus exsuccus. *Pileus* junior campanulatus mox convexus non papillatus cinerascenti - pallidus, rarius rufescenti - cinereus  $\frac{1}{2}$  unc. et ultra. *Lamellæ* distinctæ firmæ totæ adnexæ 2 - natæ albidæ, margine purpureo - rubræ.

\*\*\*\* Lamellis roseis, rubris &c.

55. *Agaricus rhodellus*, gregarius roseus, pileo campanulato papillato striato, stipite filiformi pallecente fistuloso, basi fibrilloso.

Agar. roseus. *Perf. Syn.* p. 393. t. 5. f. 3.

Ag. fistulosus. *Bull.* t. 518 inter Litt. D.

& P.

In pinetis præcipue abietinis. — Etiam in *Sveciæ*, cum *strobilino*, qui ad hanc sectionem pertinet.

Descr. Gregarius terrestris. *Stipes* fistulosus 1-3 uncial. strictus lævis glaber pallide rubicundus, basi villis albidis vestitus. *Pileus* membr. campanulatus papillatus demum convexus roseus striatus glaber, explan. diam.  $\frac{1}{4}$  -  $\frac{1}{2}$  unc. *Lamellæ* dilutiores distantes 2-4 natæ arcuato-adfixæ.

Nomen triviale, ne cum *A. roseo* Sowerb., Bull., Witter., Swartz. in *Vet. Ac. Handl.* 1808. p. 84 l. cum *A. roseo* Schaff., Pers. *Obs. myc.* l. cum *rosaceo* P. et *rosello* Batsch. confundetur, licet invitus, mutav.

56. *Agaricus priverigenus*, subgregarius dilute roseus, pileo convexo obtuso lævigato, stipite capillari pallecente solido, basi glabro. *Icon. vidi Mscr. ad Flor. Dan. apud Cel. Prof. Hornemann.*

In stipidibus dejectis, præsertim Filicibus, locis umbrocis humidis *Sveciæ*, *Daniæ*.

Descr. Subgregarius tenuissimus. *Stipes* 1-3 unc. capillo tenuior solidus (saltem ob tenuitatem solidus videtur) æqualis tenax flexilis dilutissime roseus, basi glaberrimus. *Pileus* tenerime membranaceus junior subglobosus deinde convexus 1-2 lin. glaber sublævis non papillatus, quin potius demum subumbilicatus, sed *Omphal.* species non est, dilute roseus. *Lamellæ* paucæ distinctæ concolores latiusculæ adnatæ.

\*\*\*\*\* Lamellis flavescens, citrinis  
ochraceis et rubiginosis.

57. *Agaricus citrinellus*, gregarius, pileo hemisphærico papillato striato stipiteque breviusculo basi piloso citrinis, lamellis uncinatis dilutioribus.

*Ag. citrinellus.* *Perf. Syn.* p. 384. *Ic. et descr. Fung.* p. 44. t. 11. f. 3.

*Ag. tenellus.* *Batsch. El. fung. Cont.* 1. p. 103. t. 18. f. 88.

In pinetis; rarior in *Svecia*.

*Descr.* Parum quidem fungus noster et a *Perfoonii* et a *Batschii* recedit, sed a neutro differt. *Stipes* fistulosus 1-2 unc. filiformis æqualis glaber l. subviscosus rectus lævis citrinus deorsum subobscurior. *Pileus* membranaceus striatus citrinus vertice striisque obscurioribus 2-3 lin. glaber, junior conicus dein late campanulatus. *Lamellæ* albido-citrinæ integræ l. 2-natæ arcuato-adnexæ.

58. *Agaricus elongatus*, solitarius, pileo hemisphærico lævi flavescenti lamellis adnatis subconcoloribus, stipite longissimo fibrilloso.

*Ag. elongatus.* *Perf. Syn.* p. 384. *Ic. et descr.* p. 3. t. 1. f. 4.

In paludosis inter *Sphagna*; passim in *Svecia*.

Descr. Solitarius terrestris. *Stipes* 4-6 unc. fistulosus crass. pennæ gallinæ rufospadiceus, superne glaber lævis, deorsum villoso-fibrillosus radicans. *Pileus* convexus flavescens 3-4 lin. latus lævis glaber. *Lamellæ* latiusculæ concolores basi rotundatæ adnatæ.

Cum varietatibus *Agar. hypnorum* præcipue  $\gamma$ . *Sphagnorum* et  $\delta$ . *rubiginoso* (*Ag. rubig. Pers.*) non confundendus, a quibus pileo lævi mox distinguitur.

Obs. In fungum nostrum omnino quadrat descriptio *Persoonii*, sed pileum virescentem ut l. c. depictus, nondum vidi. Pictoris forte culpa.

59. *Agaricus carpophibius*, subgregarius, pileo convexo lævi pallidente, lamellis subliberis ochraceis, stipite brevi solido.

*Bull. t. 24. f. 2. subsimilis, sed 4plo major.*

In pericarpis nucum *Fagi* dejectis semipteridis, in umbrosis humidis in *Svecia*.

Descr. Solitarius l. gregarius. *Stipes* solidus? uncialis capillaris rectiusculus glaber lævis pallidus l. subalutaceus, basi fibrillis adfixus. *Pileus* membranaceus convexus 2 lin. latus lævis glaber obtusus fordide pallidus l. pallidus albidus. *Lamellæ* ochraceæ latiusculæ liberæ l. levisime adnatæ.



60. *Agaricus tener*, subsolitarius ochraceo-ferrugineus pileo conico glabro striatulo, lamellis ascendens, stipite longiusculo fistuloso glabro.

Ag. tener. *Perf. Syn.* p. 386. *Schaff. F.* t. 70. *Sowerb. F.* t. 33.

Habitat in pratis et graminosis; passim in *Svecia*.

*Descr.* Solitarius l. sparsus, terrestris tener fragilis. *Stipes* fistulosus 2-4 unc. 1 lin. crassus subæqualis l. deorsum tenuissime incrassatus cylindricus lævis glaberrimus striatulus obtusus flavo-ferrugineus 3-5 lin. altus, explan. uncialis. *Lamellæ* subobscuriores cinnamomeæ 2-4 natæ ascendentes.

61. *Agaricus pilosellus*, subsolitarius ochraceo-ferrugineus, pileo conico piloso læviusculo, lamellis adnatis, stipite longiusculo fistuloso villoso.

Ag. pilosellus. *Perf. Syn.* p. 387.

Ad truncos dijectos, raro. In *Svecia* truncos fagineos putridissimos incolit solitarie; in abietino gregarium legerunt in Germania *Albert. et Schwein.* l. c. p. 194.

*Descr.* Solitarius fragilis truncigenus. *Stipes* fistulosus 1-2 unc. filiformis rectus ochraceo-ferrugineus basi subradicatus, villo denso



tenui albido undique vestitus. *Pileus* conicus l. campanulatus membranaceus ochraceo-ferrugineus superne piloso læviusculo 3 lin. altus et latus. *Lamellæ* subconcolores latiusculæ 4-natæ adfixæ; dentic. decurrente.

\*\*\*\*\* *Lamellis* cyaneis, cinereis &c.

62. *Agaricus Batschii*, solitarius atrocyaneus, pileo cuculato striato, margine lamellis dilutioribus, stipite mediocri striato.

Ag. atrocyaneus. *Batsch. El. fung. Cont. 1. p. 101. t. 18. f. 87. (a Persoonio ad Ag. polygrammum relatus).*

In graminosis Germaniæ, Sveciæ rarissime.

Deser. Solitarius terrestris. *Stipes* fistulosus uncialis æqualis glaber striatus obscure cæneus violatens, vix radicans. *Pileus* cuculatus l. subconicus obtusus nec umbonatus membranaceus glaber profunde striatus 3-4 alt. 2 lat. cyaneus demum subpruinatus, margine dilutiori. *Lamellæ* 2-4 natæ rectæ cyaneæ lanceolatas subliberæ, margine albescunt.

Obs. Cum *A. atrocyaneo* Pers. non confundendus.

63. *Agaricus griseus*, solitarius cinereus, pileo convexo striato, margine concolori subpatente, lamellis canis, stipite mediocri laxi. *Fries.*

β. *Ag. griseus.* *Batsch. El. fung. Cont. 1.*  
p. 87. f. 80.

In pineti ad Temsiö (16. Aug.) semel vidi.

Descr. *Stipes* fistulosus 1-2 unc. crassiusculus subfragilis glaber lævis canescenti-cinereus. *Pileus* convexus demum explanatus membranaceus striatus glaber obscure cinereus, exsiccatus canus, minime umbonatus  $\frac{1}{4}$  unc. latus. *Lamellæ* latiusculæ canæ 2-natæ adfixæ. *Stipes* basi pubescens.

Obs. De *Coprinis*, Genere distincto  
Conf. *Link in Schrad. n. Journ. 3. p. 12. t. 1.*  
f. 16, 17, in secunda parte.

## V. P R A T E L L A.

64. *Agaricus stipatus*, cæspitosus, pileo convexo lævigato fuscescente-livido, exsiccatione ruguloso pallescente, lamellis adnatis confertis incarnato-fuscis, stipite albicante lævi subnudo.

*Ag. stipatus.* *Pers. Syn. p. 423.*

*Ag. spadiceus.* *Schaff. Fung. t. 237.*

Ad truncos passim. In *Svecia* præcipue ad truncos fagineos.

Descr. Cæspitosus fragilis truncigenus. *Stipites* plurimi conferti 2-3 unciales fistulosi

erecti l. curvati cylindrici aquose pallidi glabri læves nudi. *Pileus* membranaceus, vertice subcarnoso, convexus  $\frac{1}{2}$  - 1 uncial. glaber lævis margine striatulo plus minusve fuscescens lividus l. rufescenti-tpadiceus, siccatus expallens rugulosus. *Lamellæ* confertæ incarnato-fuscæ latiusculæ 4-natæ adfixæ subnebulosæ pulverulentæ.

65. *Agaricus aleuriatus*, subsolitarius, pileo subconico, demum explanato subdepresso, subviscoso, lamellis subliberis ochraceo-cinereis, stipite albido farinoso nudo.

Agar. farinosus. *Gmel. Syst. Linn. II. 2. P. 1414.*

Ag. farinulentus. *Schaff. Fung. t. 205.*

In ligno putrido fagineo, in *Svecia*, *Germania* &c.

Descr. Solitarius l. gregarius, nec cæspitosus. *Stipes* fistulosus  $1\frac{1}{2}$  l.  $2\frac{1}{2}$  uncial, crass. pennæ gallinæ l. anserinæ, rectus l. curvatus albus æqualis, basi interdum incrasfatus, glaber, sed farina albida undique conspersus. *Pileus* junior conicus mox campanulatus demum planiusculus, rarius planus, vertice subdepresso, glaber subviscosus tenuissime carnosus dilute cinereus, vertice obscuriori subolivaceo fusco, 1 - 2 unc. læviusculus, margine striato. Colorem pilei etiam subroseo-cinerascentem et flavescentem vidi. *Lamellæ* sub-

renues, sed carne pilei multo latiores, inæquales stipitem approximatae, sed rotundato-liberae dilutæ ochraceo-cinereæ demum obscuriores.

Obs. E *Synopsi Fungor.* hanc speciem exclusit et in *Comment. Fung. Schæff.* pro varietate *Ag. cernui* habendam esse suspicatus Cel. *Persoon.* Nomina illa: *farinosus, farinaeus, farinatus, farinulentus* &c. nimiam habent similitudinem et de cetero pluribus apud Auctores communia sunt.

66. *Agaricus cernuus*, subgregarius, pileo hemisphærico albido, lamellis adnatis cinereo-nigricantibus, stipite albido nudo lævi subcurvato.

*Ag. cernuus.* *Fl. Dan.* t. 1008.

Ad truncorum radices in *Svecia, Dania* &c. In fimo. *Vabl.*

Descr. Alia dubia Mycologis species, ab *A. aleuriato* Fr. vere distincta. Gregarius. Stipes fistulosus fragilis 2 uncial., crass. pennæ gallinæ, arcuato-ascendens nudus lævis albus, absque pulvere. *Pileus* membranaceus hemisphæricus uncialis subfragilis albido-l. flavescenti-cinereus glaber læviusculus, ob stipitem sæpe curvatum nonnunquam cernuus. *Lamellæ* adnatæ cinereo-nigricantes, juniores dilutiores, 4-8 natæ distinctæ.

Etiam hujus nomen triviale non optimum.

67. *Agaricus sarcocephalus*, subsolitarius, pileo subhemisphærico carnoso flavescente, lamellis cinereo-fuligineis adnatis, stipite longissimo ventricoso glabro.

In silvis Sveciæ, rarior. Augusto legimus.

Descr. Solitarius, raro gregarius, terrestris. *Stipes* fistulosus strictus 4-6 unc., penna gallina parum crassior, glaber flavescens rugato-flexuoso-ventricoso. *Pileus* conico-convexus deinde hemisphæricus convexus carnosus glaber flavescens sublævis l. margine rugulosus, explanatus ultra uncial. *Caro* alba a vermibus sæpe erosa. *Lamellæ* cinereo-fuliginæ margine albicantes latiusculæ 2-4 natæ adfixæ denticulo decurrente.

Vera omnino *Pratellæ* species. A *Persoonianis* distinctissima.

68. *Agaricus polytrichi*, subgregarius, pileo convexo subcarnoso flavescente, lamellis adnatis albidis dein cinerascenti-fuligineis, stipite longissimo æquali fibrilloso subannulato.

Ag. mutabilis. *Batsch. El. fung. Cont. 2. t. 38. f. 208 fungum meum bene refert, sed ab A. caudicino, ad quem retulit Cel. Persoon, distinctissimus.*

In humidis Sveciæ inter *Polytricha* &c.

Descr. *Stipes* fistulosus 2-3 unc., crassit. pennæ gallinæ, subæqualis flavescens lævis glaber



deorsum fibrillosus. *Annulus* albus fugacissimus. *Pileus* convexus fere membranaceus tenuissime carnosus  $\frac{1}{2}$  - 1 unc. lævis glaber flavescens, margine reflexo. *Lamellæ* primo albidae dein cinerascens fuligineo-nebulosæ latiusculæ adfixæ.

O b s. In animadvertariis etiam descripsi varietatem *stipite flexuoso et lamellis subliberis.*

69. *Agaricus pascuus*, subsolitarius, pileo membranaceo conico dein dilatato cinereo-umbrino, lamellis liberis latiusculis incarnatis, stipite glabro nudo æquali.

Ag. pascuus. *Pers. Syn.* p. 427. *Albert. et Schwein.* l. c. p. 207.

Ag. pyramidatus. *Schæff. Fung.* t. 229.

Ag. irregularis. *Bolt. Fung.* t. 13.

In graminosis et pascuis; passim in *Svecia*, *Germania*, *Anglia* &c.

Descr. *Stipes* fistulosus 2-3 unc., crassit. pennæ gallinæ l. ultra, fragillimus subæqualis cylindricus glaber lævis pileo concolor l. dilutior cinerascens. *Pileus* membranaceus conicus mox campanulatus subconvexus obtusus subflexuosus subaquosus fragilis glaber striatus spadiceus l. sæpius fuligineo-pallens. (vid. *Alb. et Schw.* l. c) explanatus 1 unc. *Lamellæ* latiusculæ 2-natæ



subliberæ exalbido-rosæ demum incarnato-rufæ  
margine subdenticulatæ.

Vix specie differt:

70. *Agaricus fuliginus*, gregarius, pileo  
e campanulato-convexo cinereo-livido, lamellis  
liberis tenuioribus, stipite glabro nudo deorsum  
incrassato.

Ag. fuliginus. *Pers. Syn.* p. 427.

Habitat quoque in consortio prioris.

Descr. A præcedenti, cui proximus, dif-  
fert fungus noster: *Stipite* subbreviori deorsum in-  
crassato cinereo, *pileo* læviusculo sed demum sub-  
ruguloso, striis tamen obscurioribus sæpe picto,  
tenuioribus roseis et integerrimis *lamellis*.

71. *Agaricus montanus*, gregarius, pi-  
leo subcarnoso convexo fuscescente, lamellis sub-  
decurrentibus umbrinis, stipite brevi *fibrilloso*  
*æquali*.

Ag. montanus. *Pers. Syn.* p. 428 (*exclus.*  
*var.*) *Obs. Myc.* 1. p. 9.

$\beta$ . *xylarius*, truncigenus, stipite fuscescenti-  
albido, lamellis adnatis.

$\gamma$ ? *coriarius*, cæspitosus, pileo repando, sti-  
pite farinoso, lamellis rubris.

Ag. montanus. *Albert. et Schwein.* l. c.  
p. 207.  $\gamma\gamma$ .

Ipse var.  $\beta$ . tantummodo in lignis putridis-  
simis ad terram locis sylvaticis dejectis legi.

Varietas  $\beta$ . *Persf.*, me iudice, vix hujus  
loci. Vide inter *Omphalias*.

Obf. Descriptio *Perfoonii* in fungum me-  
um  $\beta$ . bene quadrat, ut vix sit distinguendus  
nisi loco natali et lamellis minus decurrentibus.

Var.  $\gamma$ . vero dubia. *Ag. obtusus*, quoad locum  
natalem propius accedit, sed stipite deorsum in-  
crasato &c. differt. An var.  $\beta$ . ad hanc potius  
referenda?

Descr.  $\beta$ . *Stipites* plures gregarii, rarius  
vero cæspitosi, unciales nec ultra subrecti fusce-  
scentes subalbidi æquales, crass.  $\frac{1}{2}$  lin. subfibrillofi.  
*Pileus* membranaceo-subcarnosus  $\frac{1}{2}$  unc. hemi-  
sphæricus obtusus absque umbone, demum pla-  
no-convexus fuscescens l. spadiceus (exsiccatus  
fere canescens) glaber subhumidus lævis margine  
striato. *Lamellæ* latiusculæ 4-natæ umbrinæ ne-  
bulosæ totæ adnexæ, raro tamen decurrentes.

72 *Agaricus renax*, subsolitarius, pileo  
subcarnoso campanulato flavo, lamellis adnatis  
nebulosis, stipite longiusculo glabro nudo.

In silvis inter folia *Pini Abietis*, Septembri.

Descr. Species optime distincta a reli-  
quis, ut e descriptione patebit. *Stipes* substi-  
ulosus rectus 2-4 uncialis cylindricus subæqua-

lis, interdum, forte monstrositas, medio angustatus, glaber lævis albido-fuscus aliusve coloris. *Pileus* subcarnosus campanulatus flavus l. ochraceus, margine aquose-flavescens glaber lævis explanatus 1½ - 2 uncialis. *Lamellæ* latiusculæ 4-natæ affixæ nebulosæ *subvirescentes*. *Substantia* stipitis et pilei tenax!

## VI. LACTARIUS.

### \* Pileo albido.

73. *Agaricus pergamenus*, pileo planiusculo subdepresso candido subcoriaceo, lamellis fordide albidis, stipite obscuriori.

*Agar. pergamenus. Swartz in Vet. Acad. Handl. 1809. p. 90.*

*Ag. urens. Schum. Sell. 2. p. 343.*

*Ag. piperatus. Batsch. El. fung. Cont. 1. p. 34. t. 13. f. 59. in fungum meum bene quadrat.*

In Svecia, Dania, Germania locis umbrosis subhumidis.

Obs. Descriptionem optimam dedit *Illustr. Swartz l. c.* Stipes variat exalbido-coerulescens, spadiceus et badius. Hinc synonymon *Schumacheri* huc etiam retuli.

Hujus loci e Svecicis *Ag. Listeri* Sowerb.,  
*controversus* P.

\*\* Pileo pallido, cinerascenti, flavescenti, &c.

74. *Agaricus pubescens* pileo albido azono subumbilicato pubescente, lamellis adnatis albo-lactescentibus, stipite pubescente.

*Ag. pubescens. Schrad. Spic. p. 122.*

In muscosis rarissime. Semel in *Suecia* ad Femsjö legi.

Descr. Stipes breviusculus uncialis, crass. digiti, solidus teres interdum parum compressus subæqualis carnosus lævis albidus, pubescentia concolori molli brevi subadpressa ubique tectus. *Pileus* sub-2-uncialis carnosus planus, vertice depressus, albidus lævis fæcus pubescens, margine deflexo subinvoluta vilioso. *Caro* alba. *Lamella* albæ confertæ affixæ nec decurrentes carne pilei angustiores.

Obs. *Ag. piperati* L. (*torminosi* Auct.), varietas esse videtur.

75. *Agaricus pallidus*, pileo incarnato pallido umbilicato subviscoso, lamellis subdecurrentibus albo-lactescentibus, stipite glabro, basi subpubescente.

Ag. pallidus. *Pérf. Syn.* p. 431. *Albert. et Schwein.* l. c. p. 209.

Ag. incarnatus. *Pérf. disp. Fung.* p. 64.

In silvis umbrosis, præsertim betulinis frequens. Inter *Svecicos* tamen non attulit *Celeb. Swartz* l. c.

76. *Agaricus intermedius*, pileo flavescenti luteo umbilicato viscoso margine involuto tomentoso, lamellis dilutioribus exalbido-flavo-lactescentibus, stipite deorsum pubescente æquali.

Agar. thejogalus. *Swartz.* l. c. p. 91. (*exclus. syn.*)

Ag. thejogalus.  $\beta$ . luteus. *Alb. et Schw.* l. c. p. 208. (*Descriptio optima*)

Ag. crinitus. *Schæff. Fung.* t. 228.

Ag. scrobiculatus. *Schæff.* l. c. t. 227.

In silvis abietinis muscosis humidis.

*Descr.* *Stripes* nunc solidus, nunc cavus  $1\frac{1}{2}$  -  $2\frac{1}{2}$  unc. crasfit.  $\frac{1}{2}$  unc. æqualis teres subfirmus flavescens l. albidus sæpius maculis pallidioribus pictus glaber deorsum pubescenti-radicatus. *Pileus* carnosus, junior convexiusculus demum subinfundibuliformis latissimus (3 - 12 unc., ut optime monuerunt *Albert. et Schwein.* l. c.) læte luteus l. flavescens, recens viscosus villo ochraceo-fulvo adglutinato, margine, ut in *torminoso*, involuto tomentoso. *Substantia* alba. *Lac album*,



mox sulphureum. *Lamellæ* 4-natæ affixæ angustatæ approximatae exalbido-flavescentes.

In betuletis siccis legimus varietatem *expal-  
lentem*, cujus

Descr. *Stipes* cavus vix uncialis albus subæqualis l. deorsum angustatus pubescens. *Pileus* carnosus 4-5 unc. subsiccus fere infundibuliformis subglaber albidus, margine patente l. erecto, rarius deflexo, et vix involuto. *Lac* omnino prioris. *Lamellæ* 6-8 natæ subsimplices albidae decurrentes.

Obs. Medius omnino inter *Ag. torminosum* Schæff. (*piperatum* Linn.) et *thejogalum* Bulliard. Ab utroque vero, ut videtur, distinctissimus. Ad illum, me iudice, propius accedit et ad quem quoque icones *Schæfferi* referendas esse suspicatus est *Persoon* in Obs. Myc. 2. p. 41, cum quo etiam optime comparavit illustr. *Swartz* et hinc fungum ejus haud dubius retuli. *Ag.* vero *thejogalus*, quem in Dania vidi, habitu et colore quam maxime differt; sed ob lactis colorem vix affinis. Synonyma hujus, quæ vera videntur:

*Ag. thejogalus.* *Pers. Syn.* p. 431. *Bull. Herb.* t. 567. f. 2. *Schum. Sell.* p. 347.

77. *Agaricus flexuosus*, pileo rufo-cinerascente subpallido lobato-flexuoso duro azono,



lamellis albo-lactescentibus flavis, stipite brevissimo cinerascete glabro.

Ag. azonatus. *Bull.* l. c. t. 559. f. 1.

In filvis. In *Svecia* legi.

Descr. Gregarius. *Stipes* solidus brevis uncialis, crass. fere unciali, firmus carnosus, deorsum subangustatus difformis, vix teres, glaber lævis cinerascens. *Pileus* carnosus firmus undulatus flexuoso-lobatus rufo-cinerascens azonus 2-4 uncial. glaber lævis fuscus. *Lamellæ* flavæ totæ adnatæ polynatæ interdum furcatæ.

Vix differre videtur *A. flexuosus* Pers. *Syn.* p. 430. Quam plurima alia Synonyma, licet dubia, afferre possem; sed species plurimæ affines, satis tamen distinctæ, *acris*, *luridus* &c. ex figuris difficiliter, quam e descriptionibus determinantur.

\*\*\* Pileo umbrino aut fuliginoso nigrescente.

78. *Agaricus Necator*, pileo ex olivaceo-umbrino, disco subdepresso zonato, margine tomentoso-involuto, lamellis albolactescentibus, stipite subolivaceo.

Ag. *Necator*. *Pers. Syn.* p. 435. *Bull. Herb.* t. 43. *Albert. et Schwein.* p. 210.

In Gallia, Germania passim, in *Svecia* rarior.

Minime varietas *A. piperati*. L.

Defcr. *Stipes* brevis uncialis, crass. digiti intermedii, firmus solidus, raro demum cavus glaber lactifluus fuligineo-umbrinus l. subolivaceus lævis elasticus intus carnosus albus. *Pileus* carnosus 2-4 uncialis convexiusculus, vertice depresso olivaceo-umbrino l. subfuligineo-olivaceo, lævis glaber concentricè subzonatus, margine tomentoso involuto. *Caro* alba firma parce lactescens. *Lamellæ* pallido-albidæ adfixæ sæpe dichotomæ 2-4 natæ.

79. *Agaricus blennius*, pileo cinereo-olivaceo plano depresso viscoso margine patente, lamellis albo-lactescentibus, stipite cinerascete.

*Krappf. Esb. Schw.* I. t. vi. f. 1, 2.

In fagetis *Sveciæ* non infrequens.

Defcr. *Stipes* solidus  $1\frac{1}{4}$  unc. deorsum angustatus glaber rectus l. basi interdum incurvus elasticus lævis pallidus cinereus lactescens. Variat stipite æquali. *Pileus* carnosus primo planiusculus dein vertice depressus cinereo-olivaceus valde viscosus 2-4 unc.; ceterum nec villosus nec striatus, margine glabro patente. Siccus observatur interdum coelo sereno, sed humectatus vox viscosus. *Caro* superne cinerascens, inferne alba lactiflua. *Lac* album acre inmutabile. *Lamellæ* adnatæ albæ inæquales.

Species vere distincta et priori vix affinis.

Figura citata fungum meum bene refert. — Hujus etiam loci esse videntur:

Agar. xylophilus  $\beta$ . viscosus. *Perf. Syn.*

p. 438 et

Ag. curtipes. *Schum. Sall. 2.* p. 343.

80. *Agaricus trivialis*, pileo obscure cinerascenti-incarnato depresso subviscoso, lamellis albo-lactescentibus, stipite elongato albidō.

*Krapf. Esb. Schw. I. t. 5. f. 1, 2, 3.*

In pinetis sat frequens.

De ser. *Stipes* elongatus 2-4 uncial. crassus cavus subæqualis l. inferne parum crassior subfragilis lævis superne glaber deorsum pubescens. *Pileus* planiusculus, vertice depresso, subinfundibuliformis carnosus 2-4 unc. lævis ficcus l. viscosus, quod a coeli temperie pendet, obscure cinereo-incarnatus, margine subreflexo. *Lamellæ* albidæ subdecurrentes inæquales, venis sæpe connexis, interdum dichotomæ carne pilei basi angustiores, apice latiores. Variat lamellis adnatis. *Lac*, ut in priori, album subacre, non vero acerrimum, immutabile.

Varietatem l. potius monstrositatem, pileo depresso piloso-squamuloso, succo aquoso, stipite rufescente subvillosa eisdem locis semel observavimus.

*Ag. pallido* proximus, sed colore et magnitudine valde diversus. Ab *A. lurido* lacte immutabili pluribusque aliis differt characteribus. Habitu quodam triviali semper distinguitur.

81. *Agaricus acris*, pileo cinereo-fuligineo azono planiusculo, lamellis exalbido-rufescenti-lactescentibus demum alutaceis, stipite cinerascete.

Agar. acris. *Perf. Syn.* p. 437. *Alb. et Schwein.* l. c. p. 216. *Bolt. Fung.* 2. t. 60.

*Ag. opacus.* *Batsch.* f. 68.

In silvis *Sveciæ*, *Germaniæ*, *Daniæ*, *Angliæ* &c. minime rarus.

*Descr.* *Stipes* nunc cavus nunc solidus 2-3 unc. æqualis, crass. pennæ anserinæ l. digiti minimi, lævis subelasticus pallide cinerascens glaber basi subpubescens. *Pileus* carnosus planus subdepressus azonus cinerascens cinereo-lividus l. fuliginosus, vertice nonnunquam obscuriori fuligineo, 2-3 unc. lævis glaberrimus, margine junioris reflexo mox patente. *Caro* pallida alba. *Lamellæ* adnatæ alutacæ l. ochraceæ subdistantes inæquales. *Lac* album demum rufescenti-lateritium.

Ab *Ag. lurido* B. Swartz l. c. p. 212, cui affinis, differt: *stipite* subcavo elastico, *pileo* azono cinereo-livido, *lamellis* mox alutaceis.

Inter plures novas hujus, quas legimus,

varietates, unam, quam diximus *Agalum*, describamus: *Stipes* elongatus 1-uncialis, crass.  $\frac{1}{2}$  -  $\frac{3}{4}$  unc., subæqualis sæpe curvatus subsolidus intus spongiosus glaber lævis. *Pileus* carnosus 3-4 unc. planiusculus subdepressus lævis ficcus glaberrimus, margine concolore sæpe flexuoso. *Lamellæ* subcroceæ substeriles 4-8 natæ adfixæ carne pilei marginem versus latiores. *Odor* non ingratus! *Sapor* et *Lac* fere nullum! et hujus tamen omnino loci: colore pilei et substantia ab *Agar. flexuoso*, antea descripto, quam maxime differt.

82. *Agaricus pyrogatus*, pileo plumbeo-livido subzonato planiuscolo, lamellis distinctis albido-lactescentibus pallidis stipite recto fuliginoso. — *Perf. Syn.* p. 436 *cum synonym.*

In silvis *Svecicis* sequentes hujus legimus varietates:

α) *obsoletum*: pileo obsoleto-zonato, stipite cavo.

*Descr.* *Stipes* 2-unc. et ultra rectus, crass. digiti minoris, subcavus cinereo-fuliginosus lævis l. sublacunofus, interdum scrobiculatus glaberrimus. *Pileus* carnosus plumbeo-lividus planus interdum excentricus, vertice subdepresso, 2-3 unc. glaber lævis; margine patente, zonis obsoletis l. nullis.



*Lac* album acre immutabile. *Lamella* pallidæ  
l. albidæ adfixæ inæquales polynatæ subdecur-  
rentes carne pilei æquales.

β) *disfimilem*: pileo azono, stipite solido breviori.  
Differt: *Stipite* crass. pennæ cygneæ basi sub-  
pubescente læviusculo elastico, *Pileo* subcarnoso  
cinereo l. spadiceo-cinereo depresso excavato  
fere infundibuliformi, zonis nullis. *Lamella*  
sunt flavæ decurrentes 4-natæ carne pilei latio-  
res. — Pileus in hac varietate subrugulosus.

*Agar. plumbeus* P. ab hac variet. vix nisi  
magnitudine differt.

γ) *elongatum*: pileo azono, stipite demum cavo  
longissimo.

In hoc fungo *Stipes* junior solidus mox  
cavus 4-6 unc. sursum reticulatus, olivaceus  
l. olivaceo-plumbeus. *Pileus* 2 unc. vere car-  
nosus planiusculus depressus nigricanti-fuscus  
rugosus, margine duplicato-crenatus l. flexu-  
oso-lobatus. *Lamella* albæ parum decurrentes  
4-natæ.

Inter *Polytricha* &c. sæpius viget.

---



## VII. R U S S U L A .

(Distinctum forte Genus. Conf. *Link.*  
in *Schrad. Journ.* l. c.)

## \* Pileo albido.

83. *Agaricus galochrous*, pileo albo margine lævi, lamellis stipiteque mediocri concoloribus. (*Russula galochroa.* Fr.)

Agar. pectinaceus. *Bull.* t. 509. f. L.

Ag. lacteus. *Perf. Syn.* p. 439 (*sed minime confundendus cum lacteo Ejusd.* l. c. p. 394.)

In silvis præsertim umbrosis et fagetis *Sveciæ* &c.

Obs. Plurimas *Russulæ* species iterum conjungendas esse nullum dubium est et optime jam monuerunt *Alb. et Schwein.* l. c. p. 211 sq. Deser. vero accuratos, ex quibus pateat summa affinitas, superfluas non fore speramus.

Deser. *Stipes* elongatus 2-3 unc., diam.  $\frac{1}{2}$  -  $\frac{3}{4}$  uncial. carnosus intus medulla spongiosa fartus basi subangustatus lævis glaber albus. *Pileus* carnosus planiusculus mox depressus concavus albus rectus glaber lævis 3 uncial., margine nudo, absque tuberculis, interdum substriatus. *Lamellæ* albidæ crassiusculæ subdecurentes æquales, nonnullis ramosis.

Variat pileo virescente: *Agar. aruginosus*.  
Schum. Sall. p. 246.

84. *Agaricus chioneus*, pileo niveo margine tuberculoso, lamellis stipiteque brevi concoloribus. (*Rusfula chionea*. Fr.)

Ag. niveus. *Perf. Syn.* p. 438. *Albert. et Schw.* l. c. p. 211. (Nomen plurimis commune.)

In umbrosis cum priori.

Ab antecedenti satis forte distincta, sed fragili, depallenti, exalbicanti P. maxime affinis. — Species enim enumeratæ ruborem suum sæpe plane omittunt; quod etiam testantur maculæ illæ rubellæ in hac specie sæpe obviæ.

Descr. *Stipes* uncialis glaber lævis æqualis candidus subfirmus, crass. digiti minoris, subcavus l. intus spongiosus non tamen eodem modo ac in præcedenti. (In illo enim substantia spongiosa medullam a stipitis liberam format, in hac vero confluent.) *Pileus* planiusculus albus 2 unc. glaber lævis carnosus, margine striatus tuberculatus. *Lamellæ* subtenuæ distinctæ adnatæ albæ. *Sapor* (in nostro) amaricano.

85. *Agaricus leugethejus*, pileo albido margine striato, lamellis stipiteque flavescens. (*Rusfula leucoxantha*. Fr.)

In quercetis inter muscos rarior. In *Svecia*.

Deser. Cui affinis sit ignoro et, nostro iudicio, vere est distinctus. *Stipes* carnosus vere solidus, nec medulla spongiosa farctus, uncialis et ultra lævis glaber cylindricus flavidus, basi parum incrassato. *Pileus* depressus subconcauus pallide albidus glaber uncialis et ultra medio subcarnosus margine membranaceus fere striatus subtuberculosus patens. *Lamellæ* flavescentes subtenuæ æquales basi angustissimæ, ut stipitem vix attingunt.

\*\* Pileo rubro.

86. *Agaricus Linnæi*, pileo planiusculo subdepresso margine substriato rubro, lamellis integris albis, stipite albo rubellove. (*Rusfula Linnæi*. Fr.)

Agar. integer. *Linn. et Auctorum! Fl. Svec.* p. 449. *Schaff.* t. 15, 16. fig. plur. &c. *Sowerb.* t. 201.

Ag. pectinaceus. *Bull. Herb.* t. 509. f. plur.

In silvis vulgatissimus.

Qui hanc speciem attente observaverit, omnino videbit, sequentes a me allatas varietates huius esse loci. (Conf. *Albert. et Schwein.* l. c.)

α) *emeticus*, pileo depresso margine sulcato sanguineo-rubro, stipite sæpe rubicundo.

Agar. emeticus. *Pers. Syn.* p. 439.  
*Swarz* l. c. p. 213. *Schæff.* t. 15. *Bull.*  
 l. c. fig. ~~1. u. 2.~~ *Krapf. Est. Schw.* f. 2, 3.  
*Schum. Sell.* 2. p. 245.

- β) *sanguinarius*, pileo explanato subdepresso  
 margine substriato obscure rubro, stipite  
 albo.

Agar. *sanguinarius*. *Schum. Sell.* 2.  
 p. 244. *Bull. Champ.* <sup>t.</sup> 42. *Elroib* t. 2.  
 f. 2. c, d. *Schæff. Fung.* t. 16. f. 4, 5, 6.  
*Fl. Dan.* t. 1009 &c.

- γ) *pulcherrimus*, pileo planiusculo rubro ni-  
 tente, margine substriato, stipite toto roseo.

In graminosis subhumidis frondosis.

Descr. *Stipes* longus 3-4 uncial.  
 solidus fragilis subtenuis laevis glaberrimus.  
*Pileus* 1-2 unc. subtenuis subcarnosus pla-  
 niusculus subdepressus, cum stipite latis-  
 sime roseo-ruber, margine tenuissime stria-  
 tus, interdum inflexus. *Lamellæ* candidæ  
 rarissime inæquales et rubromarginatæ.

Sequentibus proximus. Sapor ut in  
 omnibus varietatibus nunc dulcis nunc  
 acerrimus.

- δ) *fragilis*, pileo depresso rubescente-subopaco,  
 margine tuberculoso-striato, stipite albo.

Agar. *fragilis*. *Pers. Syn.* p. 440.

*Schum. Sell. 2. p. 245. Albert. et Schwein.*

*l. c. p. 212.*

Obs. Colore a priori et margine profundius striato differt.

ε) *vagus*, pileo explanato depresso obscure rubro striato, stipite deorsum angustato rubro.

*sanguinario proximus.*

ζ) *paradoxus*, pileo disco depresso nigrescenti-rubro, ceterum rubello, lamellis emarginatis!

Ceterum a *sanguinario* non differt. — Sapor dulcis foliaceous. Specimen unicum tantum lectum in consortio *Ag. emetici*.

η) *depallens*, pileo planiusculo læviusculo fusciflo rubro disco depallescente, stipite albo l. rubro.

*Ag. depallens. Persf. Syn. l. c. p. 440.*

*Ellr. Esb. t. 3. fig. 1, 2. a, b. Schaff.*

*(t. 112.) 167*

Sapor in eodem specimine nunc dulcis nunc acris!

θ) *expallens*, pileo rubro, margine albo.

ι) *rotus albidus?*

Cum plurimis aliis, quas omnes enumerare et superfluum et ingratum foret opus. Nulli enim omnino dantur varietatum limites. Et sapor, quod jam *Persoon* l. c. aliique annotaverunt maxime in iisdem formis ludit. *Stipes* al-

bus l. rubellus maxime variat, sed lamellas constanter albas vidi, hinc, quamvis invitus, *alutaceum* separavi. Eriam huc retulissem *Ag. roseaceum* Pers., vulgarem in Svecia, nisi substantia, auctoritate Cel. *Link in Schrad Journ.* l. c. differet. Contextus in hac vesiculosus et in *R. emetica* flocculosus. Ceterum nulla differentia. Fatentum mihi quoque est, easdem formas eisdem locis quotannis saepe crescere, nihilo tamen minus minime separandæ; hæc enim a loco soloque omnino pendet. Observationes oculatissimorum *de Albertini* et *de Schweiniz* cum propriis omnino conveniunt.

Alia hujus subspecies est:

87. *Agaricus fallax*, pileo, depresso spadiceo margine dilutiori tuberculoso-striato, lamellis stipiteque aquose-pallidis. (*R. fallax* Fr.)

In paludibus subumbrosis inter *Sibagna*. — A priori originem ducit et color, quamvis constans. neminem fallat.

Descr. *Stipes* aquose pallidus albus glaber l. deorsum tenuissime pubescens et parum incrassatus  $1\frac{1}{2}$  unc., apice crass. pennæ auferinæ l. parum crassior. *Pileus* carnosus subconcavus depressus glaber, obscure spadiceus margine pallidiori striato-tuberculoso recto l. patente. *Lamellæ* omnes simplicissimæ fragiles candidæ, sed pallidissimæ, distinctæ dentato-connexæ totæ adnatæ.



86. *Agaricus alutaceus*, pileo planiusculo rubro, margine tuberculoso lamellis integris flavis, stipite albo-rubello. (*Rusf. alutacea*. Fr.)

*Ag. alutaceus*. *Perf. Syn.* p. 441.  $\alpha$ ,  $\beta$ .  
*Schum. Sell.* 2. p. 244. *Albert. et Schwein.* l. c. p. 213.

*Ag. Rusfala*. *Scop. carn.* 2. p. 436.

*Rusfala esculenta*. *Perf. Obs. Myc.* I. p. 101.  $\beta$ .

In silvis passim.

Eisdem occurrit formis ac *Agar. Linnæi*, quare has enumerare superfluum duxi. Etiam pro hujus varietate habendus:

$\beta$ . *Xanthopus*, pileo substriato, lamellis flavis, stipite dilutiori flavescente.

*Ag. esculentus*. *Perf. Syn.* p. 441. *Schaff. Fung.* t. 15. f. 1-3. *Krapf.* l. c. t. 5.

*Rusf. esculenta*. *Perf. Obs. Myc.* I. p. 101.

Cum priori.

Descr. *Agar alutacei*. Stipes crassiusculus, carnosus intus spongiosus sursum incrassatus, diam.  $\frac{1}{2}$  unc., rectus hcurvatus 1-2 uncialis lævis glaber albus l. albus rubro variegatus, in  $\beta$  dilute flavescens. Pileus planiusculus vertice depressus ruber, rarius expallens glaber subviscosus l. ficcus margine striato patente, sæpe pallidiori. Lamellæ juniores pallide-flavescentes de-

inde ochraceæ, plus minusve nitidæ, omnes æquales adfixæ. Sapor in hac specie sæpius dulcis solanaceus; sed tamen, licet rarius, emeticus l. stypticus.

*Agaricum campanulatum* P. non vidi; forte vero ob pileum campanulatum, qualem nunquam observavi, lævemque species est distincta.

Inter reliquos *Agaricos pectinaceos* Bull. etiam hujus exstat icon.

*A. nitidus* aliique huic forte nimis affines.

\*\*\* Pileo fulvo l. flavescente.

89. *Agaricus ochraceus*, pileo convexo vitellino margine striato, lamellis ochraceis confer-tis, stipite pallefcente. (*R. ochracea*. Fr.)

*Ag. ochraceus*. *Perf. Syn.* p. 443. *Schum. Sell.* 2 p. 245.

In fagetis Sveciæ &c.

Descr. *Stipes* elongatus  $1\frac{1}{2}$  - 2 unc., diam.  $\frac{3}{4}$  uncial., intus carnosus solidus subæqualis l. sursum subattenuatus lævis glaber candidus in nostro fungo, nec intus medulla spongiosa fartus. *Pileus* carnosus convexus vitellinus subviscosus 2-3 unc. interdum obliquus, margine sæpius reflexo pallidiori fulcato striato. *Lamella* pallidæ ochraceæ l. flavæ æquales confertæ subtenuis leviter adnatæ.

Satis diversus videtur ab *Ag. ochraceo* P. —  
 Cel. *Swartz in Sv. Vet. Ac. Handl.* 1809. p. 92.  
 sub hoc nomine descripsit var.  $\beta$  *fulcatam* *Albert.*  
 et *Schwein.*, quæ differt *stipite* solidiusculo intus  
 medulla spongiosa farcto, *pileo* margine lævi, nec  
 striato.

*Agar. ochracei* var. *stipite* flavo describunt  
*Albert. et Schwein.* l. c.

90. *Agaricus foetens*, *pileo* convexo-de-  
 presso flavo, margine tuberculato-fulcato, lamellis  
 subinæqualibus, *stipite*que albidis. (*R. foetens.* P.)

*Ag. foetens.* *Perf. Syn.* p. 443.

*Ag. fastidiosus.* *Perf. in Ust. Annal. Bot.*  
*nov.* 9. p. 9.

*Ag. piperatus.* *Bull. Herb.* t. 292. (exclus.  
 Syn.)

*Rusfula foetens.* *Perf. Obs. Myc.* I. p. 102.

In silvis loca graminosa eligit.

Descr. Reliquis *Rusfulis* vix affinis. *Stipes*  
 cavus fragilis 2 unc. crass. pollicari subæqualis  
 glaber lævis albus. *Pileus* subcarnosus junior  
 subconvexus depressus demum et subexplanatus  
 flavus viscosus foetidus margine submembrana-  
 ceus fornicatus tuberculofus fulcatus patens. *La-*  
*mella* pall. scentes albidæ affixæ, basi venis con-  
 nexæ, latissimæ aliæ dimidiatæ aliæ basi furcatæ.

Obs. Hoc de fungo parum dubius sum;

icon *Bulliardi* haud dissimilis; sed descriptio completa desideratur et *Ag. ochroleucus* P., cum quo conjungendum voluerunt *Alb.* et *Schwein.* l. c., nullo modo affinis. Ipse etiam legi varietatem *Ag. ochroleuci* Eorum *fulcatam*, quæ vero in foetentem minime transire posset.

\*\*\*\* Pileo obscuro purpurascente  
virescente et subolivaceo.

Ex hac sectione in Svecia crescunt *R. grisea* P., *cynoxantha* Schæff., *livida* P., *nauseosa* P. *furcata* aliæque, de quibus rarioribus in secunda hujus opellæ parte.

---

## VIII. O M P H A L I A.

### † Carnosi.

\* Pileo flavescente, rufescente l. spadiceo.

91. *Agaricus cochlearius*, cæspitosus, pileo lobato-contorto tenaci, lamellis ferratis flavescens, stipite fulcato basi connato.

Var. *Agar. cochlearii*. *Perf. Syn.* p. 450.

*Abb. d. Schwämme.* 3 H. t. 26. 7. 6

*Ag. confluens.* *Sow. Fung.* t. 188.

In horto ad Femsjö in Svecia lectus.

In omnibus notis essentialibus convenit fungus noster cum Perfooniano, sed colore parum differt. E fig. citatis et descr. *Albert. et Schwein.* l. c. pag. 218 tamen hujus loci esse luculenter apparet.

Descr. *Cæspitosus* fraveolens, substantia tenaci. *Stipes* longus 4-5 unc. solidus, crassitie digiti minimi, subæqualis basi cum pluribus connatus ascendens flexuosus l. contortus, rufescenti-nigricans intus flavus firmus elasticus subfulcatus. *Pileus* carnosus firmus subconvexus umbilicatus glaber lobato-contortus flavescens (rufescenti-fuscus P.) demum rugulosus. *Caro* alba angusta tenax. *Lamellæ* latissimæ ferratæ flavescentes inæquales decurrentes.

92. *Agaricus trichæus*, pileo carnosio alutaceo sparsim squamuloso piloso umbilicato, lamellis decurrentibus stipiteque cavo luteis.

Ag. trichæus. *Perf. Syn.* p. 451.

Ad ligna pinea putrida, in silvis *Sveciæ*, *Germaniæ* &c. solitarie.

Descr. *Stipes* fistulosus uncialis, crass. pennæ gallinæ, subæqualis incurvus glaber, basi radice albido-tomentosa lignum intrante, lavis tenax elasticus. *Pileus* in nostro carnosio-membraceus 1 unc. rarissime 2 unc. fordide flavus squamuloso-pilosus convexus umbilicatus, mar-



gine subreflexo glabro. *Lamella* latiusculæ luteæ distinctæ 2-3 natæ arcuatæ decurrentes carne pilei flavescente latiores.

93. *Agaricus pachophyllus*, pileo subcarnoso cinerascenti-luteo subglabro depreso, lamellis decurrentibus albido-flavescentibus, stipite subfolido luteo.

In silvis, Julio lectus. Pulchra species.

Descr. *Ag. bello, trichæo* &c. proximus. Solitarius. *Stipes*  $1\frac{1}{2}$  unc., crass. pennæ gallinæ, glaber lævis luteus solidus apice subcavus. *Pileus* convexo-planiusculus, vertice depreso, subcarnosus subglaber l. tenuissime flocculosus  $1-1\frac{1}{2}$  unc. cinerascenti-luteus, intus *cavus!* margine demum rimosus. *Lamella* crassæ distinctæ horizontaliter decurrentes albido-flavescentes.

De *Ag. rubæformi, nivali* &c. vid. alio loco.

De speciebus Svecicis *Swartz* l. c.

### \*\* Pileo albido.

94. *Agaricus fragrans*, odoratus, pileo convexiusculo nitido lamellisque albidis l. albido-brunneis, stipite tereti concolore. *Swartz* l. c. p. 245 cum *syn. et descr. optima.*

In pinetis sub juniperos legi varietatem: *Stipite*  $2-3\frac{1}{2}$  unc. subflexuoso, pileo toto albo margine reflexo, lamellis viridibus decurrentibus.



95. *Agaricus candicans*, inodorus albonitens, pileo carnoso subdepresso lævi, lamellis subdecurrentibus, stipite fistuloso.

*Agar. candicans.* *Perf. Syn.* p. 456. *Alb. et Schwein.* l. c. p. 219.

*Ag. umbilicatus.* *Bolt. Fung.* t. 17.

Inter folia dejecta faginea in *Svecia*, *Germania*.

*Descr.* Solitarius et raro gregarius. *Stipes* fistulosus uncialis l. parum ultra subcurvatus glaber l. basi tenuissime elongato-radicatus subpubescens, albus lævis. *Pileus* subcarnosus nitens albus haud uncial. glaberrimus lævis, junior convexus dein depressus et fere subumbilicatus. Observavi quoque pileum zonis nitidioribus variegatum! *Lamellæ* candidæ approximatae angustæ 4-natæ subdecurrentes.

*Agar. dealbato.* *Sow. Fung.* t. 123 minor, pileus integer nitens, lamellæ nunquam fordidæ.

96. *Agaricus chrysoleucus*, cæspitosus, pileo carnoso-membranaceo hemisphærico albido, lamellis subdecurrentibus sulphureis, stipite albo fistuloso.

*Ag. chrysoleucus.* *Perf. Syn.* p. 457.

Ad terram nudam fungum *Svecicum* legi.

*Descr.* Gregarius subcæspitosus. *Stipites* plures læviter connati unciales, crass. pennæ gal-

linæ, æquales glabri albidi l. albido-pallidi, a situ sæpe curvati, juniores solidi dein fistulosi. *Pileus* carnofo-membranaceus, junior convexus deinde hemisphærico-planiusculus subumbilicatus glaber albidus l. pallescens uncialis margine striatulo. Junior interdum etiam dilutissime flavescens. *Caro* tenuissima pallida. *Lamellæ* latiusculæ 4-natæ distinctæ leviter decurrentes sulphurææ l. ochraceæ.

97. *Agaricus phyllophilus*, subcæspitosus candidus, pileo carnofo umbilicato lævi, lamellis decurrentibus, stipite fistuloso basi piloso.

Agar. phyllophilus. *Perf. Syn.* p. 457.  
*Albert. et Schwein.* p. 219.

In silvis abietinis *Sveciæ* legi.

Descr. *Stipes* cavus 2-3 unc. albidus glaber striatulus l. lævis basi subincurvus radicans pubescens, radice subfusiformi. *Pileus* carnosus lævis umbilicatus candidus 2 unc. et ultra glaber, demum subinfundibuliformis, margine sæpius deflexo. *Lamellæ* decurrentes 4-6 natæ distinctæ. *Odor* debilis.

\*\*\* Pileo nigrescente, cinereo, livido,  
subviolaceo.

98. *Agaricus adustus*, magnus, pileo carnofo demum nigrescenti-adusto, lamellis albis adnatis, stipite firmo solido.

Ag. adustus. *Perf. Syn.* p. 459. *Schum. Sall.* 2. p. 309.

Ag. elephantinus. *Sowerb. Fung.* t. 36. *Bolz. Fung.* t. 28.

Ag. nigricans. *Perf. Obs. Myc.* 2. p. 50. *Bull. Herb.* t. 370. f. 2. — t. 589. (*non quadrat*)

In silvis et pratis sterilioribus, sat frequens etiam in *Svecia*, sed a Mycologis nostris neglectus.

Descrip. dedit *Perfoon* in *Obs. Myc.* l. c. sed parum recedit fungus noster, hujus quamvis certissime loci. *Stipes* breviusculus 1–2 pollic. firmus 1–1½ unc. fere crassus subæqualis solidus glaber lævis albidus mox cinereo-fuligineus, intus albidus cinerascens dein fuligineo-niger. *Pileus* carnosus 3–6 unc. convexiusculus vertice subdepresso, junior albus l. cinereus lævis mox fufcescens demum niger subtesfulatim rimosus. *Caro* pilei alba cinerascens fuligineo-nigricans compacta nec elastica absque succo rubescente; nec pileus umquam coerulescit l. fit olivaceus. *Lamella* albæ pallescentes demum fuligineo nigricantes crassæ fragiles adnatæ carne pilei angustiores.

Descriptiones *Ag. elephantini* melius in nostrum quadrant.

Mycogenus fungus. In hoc nascuntur *Agaricus parasiticus* *Bull.*, *Asterophora agaricoides* *Fr.* (*Ag. lycoperd.* *Bull.* *Aster. lycop.* *Dittm.*) *Peziza*

*mycophila* Fries et plures *Sclerotii* species cum  
*Ag. tuberoso* &c.

99. *Agaricus expallens*, pileo carnosomembranaceo umbilicato glabro livido-cinereo margine striato, lamellis decurrentibus dilutioribus, stipite pallido.

*Ag. expallens.* *Perf. Syn.* p. 461.

Inter *polytricha* &c. jam æstate in *Svecia* legi.

Descr. *Agarico tardo* P. omnino nimis affinis nec ulli dantur limites, quod e descriptione cum optima *Swartzii* l. c. *Agar. tardi* comparata patebit. Solitarius l. gregarius. Stipes solidus uncialis haud ultra, crass. pennæ galinæ l. anserinæ, elasticus lævis rectus l. basi curvatus glaber, ad radicem subfibrillosus fordide albidus l. cinerascens-pallidus. Pileus planiusculus vertice depresso margine subflexo glaber lævis tenuissime striatulus, uncialem haud attingit latitudinem, tenax carnosomembranaceus livido-cinereus fuscus. Lamellæ dilute cineræ l. fordide albido-cinerascens subdistantes tenues 4-natæ decurrentes.

100. *Agaricus bicolor*, pileo subcarnoso hemisphærico umbilicato cinereo demum albescente, lamellis subdecurrentibus dilutioribus, stipite subcompresso deorsum obscure cinereo.

*Ag. bicolor.* *Perf. Syn.* p. 462. *Albers.*

et Schwein. l. c. p. 221. cum plur. var., quibus addenda:

♁. *teretiufculus*, pileo subcarnoso, lamellis emarginato-decurrentibus, stipite teretiufculo.

In pinetis *Sveciæ*, gregarie et subcæspitose.

Descr. *Stipes*  $1\frac{1}{2}$  - 3 unc. villosoprui-natus firmus, crass. pennæ anserinæ, deorsum subincrassatus villosus sæpe curvatus teres, rarius subcompressus, cinereus. *Pileus* subcarnosus umbilicatus l. infundibuliformis lævis-simus glabriufculus 1 - 3 unc. nigricante-cinereus subnitens demum expallefcens, junior sæpe convexiufculus. *Lamellæ* carne pilei tenui-cinerafcenti latiores subdistinctæ albida l. cinerea 4-nata emarginato-adnata; sed ob formam pilei infundibuliformem decurrentes esse videntur.

101. *Agaricus difformis*, pileo carnosomembranaceo cinereo-livido striato umbilicato, lamellis latiusculis decurrentibus albis, stipite tereti albido.

Ag. difformis. *Pers. Syn.* p. 462.

In graminosis humidis subumbrosis denso agmine. *Septembri*.

Descr. Gregarius nec cæspitosus terrestris. *Stipes* solidus dein fistulosus 2 - 4 uncial., crassitie pennæ gallinæ subtenuis, sed tenax, subflexuosus albidus glaber lævis æqualis. *Pileus* carnosus



membranaceus planiusculus vertice depresso, interdum excavatus et fere infundibuliformis junior elitus demum cinereo-lividus l. obscure cinerascens  $\frac{1}{2}$  - 1 unc. latus glaber subirregularis striatus. *Lamellæ* carne pilei latiores adfixæ plano-decurrentes albidæ demum dilute cinerascens.

102. *Agaricus epichysium*, cinereo-nigricans, pileo submembranaceo infundibuliformi striato, lamellis distinctis decurrentibus dilutioribus, stipite basi subvillosa.

Ag. epichysium. *Perf. Syn.* p. 462. *Icon. pict.* t. 13. f. 1.

$\beta$ . *icmadophilus*, tenerrimus, pileo obscure cinereo, lamellis plano-decurrentibus cinereis. *Perf.* l. c. p. 463.

In truncis putridis præsertim fagineis in *Svecia*, *Germania* &c.  $\beta$ . in paludibus inter *sphagna*. — Reliquas ab *Albert. et Schwein.* l. c. allatas varietates non apud nos vidi.

Descr. *Stipes* uncialis 1 -  $1\frac{1}{3}$  lin. crassus subfirmus æqualis teres basi pubescens, ceterum glaber lævis rectus solidus cinereus. *Pileus* tenuissime carnosus (forte potius dicendus membranaceus) infundibuliformis cinereus l. cinereo-fuliginosus, exsiccatu canus, glaber  $\frac{1}{2}$  unc., margine reflexo striato. *Lamellæ* decurrentes cinereæ, interdum albidæ, 2-natæ distinctæ subangustata, carne pilei latiores. *Caro* fuscescens.



## + Pileo membranaceo.

\* Lamellis adnatis, vix decurrentibus.

103. *Agaricus ocellatus*, pileo plano lævi albo, umbilico obscuriori, lamellis adnatis albis, stipite fistuloso fuscescente.

In pinetis juxta vias locis graminosis. Ad Femsjö in *Svecia* mihi obuius.

Descr. *Stipes* fistulosus vix uncialis, crass. culmi graminei minoris, æqualis erectus lævis glaber exalbido-pallide-fuscescens, basi radícula sublonga villosa appendiculatus. *Pileus* membranaceus planus, vertice depresso obscuriori, glaber tenax  $\frac{3}{4}$  -  $\frac{1}{2}$  uncial. albidus lævis, margine patente crenulato-striatulo. *Lamellæ* albæ basi latiores alternæ totæ adnatæ sed non decurrentes et a stipite facile decedunt.

Habitu quodam communi distinguitur; apud recentiores Mycologos non invenio.

104. *Agaricus pictus*, pileo ovali-oblongo nigro-striato fuscescente umbilico discolori, lamellis adnatis albidis, stipite solido spadiceo fusco.

*Ag. glandifer*, pileo oblongo nigro-fusco striato: margine constricto-albo, stipite lineari nigro-fusco, lamellis albis elongatis. *Batsch. El. fung. Cont. 1. p. 99. t. 18. f. 86. (minime tamen cum Ag. glandifero Pers. confundendus.)*

In silva *Fensjönenski* locis umbrosis supra folia *Vaccin. Myrtilli* 2 l. 3 specimina rarissimi hujus fungi et optime distincti mihi obvia. Unicum tantum vidit Cel. *Bartsch*.

Descr. *Stipes* solidus 2-3 unc. subfiliformis æqualis, vel sursum tenuissime increasatus strictus lævis glaber nigro-fuscus l. spadiceus apice dilutior basi membranula fusco-strigoso-radiata impositus. Specimen unum vidi stipite valde flexuoso. *Pileus* membranaceus umbilicatus ovali-oblongus subcuculatus  $2\frac{1}{2}$  lin. altus 2 lin. latus fusco-spadiceus, junior dilutior, demum nigrescenti-fuscus, umbilico depresso albo-flavescenti (saltem in nostro), striis primum olivaceis mox nigris pictus, margine sæpe constrictus dilutior. *Lamellæ* distinctæ subæquales breves latæ albidæ dein subgriseæ adnato-decurrentes.

Ad hanc sectionem pertinent: *Ag. androsaceus*, *epiphyllus* &c.

### \*\* Lamellis longissime decurrentibus.

105. *Agaricus roridus*, pileo hemisphærico-conico sublævi albo, umbilico concolori, lamellis arcuato-decurrentibus, stipiteque copiosissime candido-viscosis.

In pinetis, locis præcipue umbrosis roridis, in ramis *Vaccin. Myrtilli*, furculis *Lycopodii an-*

*norini*, foliis *fagineis*, *pineis* &c. solitarie, sed minus infrequens in *Suecia*.

Descr. Alia iterum species ab omnibus distinctissima, ut ne ullæ quidem dentur affines. Solitarius. *Stipes* solidus  $\frac{1}{2}$  - 1 unc. albus æqualis subtenax adhærens, *visco copiosissimo nigrissimo!* corticatus. *Pileus* junior conicus demum hemisphæricus umbilicatus glaber ficcus sublævis albus 2 - 3 lin. latus. *Lamellæ* latiusculæ candidæ 2-natæ arcuato-decurrentes.

106. *Agaricus stellatus*, pileo convexo striato albo, umbilico concolore, lamellis decurrentibus, stipite ficcio membranula convexa strigoso-radiata imposito.

*Ag. stellatus*, pileo striato, stipite gracili involuero radicali stellata cincto. *Hoffm. Nomencl. fung.* I. n. 306. t. 6. f. 2.?

Ad truncos putridos humidos in *Suecia* rarior.

Descr. *Ag. stylobati*, lacteo  $\beta$ . epiphyllis  $\gamma$ . aliisque ob stipitem basi tuberculatum affinis. Distinctus tamen videtur. Totus albus gregarius. *Stipes* subsolidus vix uncial. æqualis, crass. pennæ passerinæ minoris, subgracilis fragilis curvato-ascendens (a loco), basi membranula convexa concolore 1 - 2 lin. strigoso-radiata. Interdum membranulæ duo confluant. *Pileus* membranaceus convexus umbilicatus diaphanus glaber striatus

sub 4 lin. ficcatus interdum flavescens. *Lamellæ* candidæ tenues integræ l. alternæ distinctæ decurrentes. (In *stylobati subliberæ*!)

An figura citata ad hanc l. reliquos affines pertineat species, dubius sum. Huic tamen proximus

*Ag. stellatus*. Retz. in *Ver. Acad. Handl.* 1769 p. 252 est *Ag. corticola*. Perf. Swartz.

Ad hunc etiam pertinent *Ag. corticalis*, *Sow.* t. 243, et *Ag. hyemalis* Osbeck in Retz. *Suppl.* 1. *Fl. Scand.* p. 19.

107. *Agaricus hepaticus*, pileo convexulo profunde umbilicato lævi lamellisque decurrentibus hepaticis, stipite fistuloso deorsum subincrassato subpubescente.

*Ag. hepaticus*. *Barfch. El. fung.* Cont. 2. t. 38. f. 211.

In terra nuda *Sveciæ*, *Germaniæ*.

Descr. Non *Agar. montani* varietas, ut vult *Cel. Persoon*; sed *Agar. ericetorum* me iudice proximus. *Stipes* 1 - 1½ unc., 2 lin. crass. fistulosus subadscendens lævis dilutior hepatico-rufescens glaber, basi subincrassatus albidus tenuissime pubescens. *Pileus* convexus submembranaceus (parum carnosus) ½ unc. subglaber l. nonnunquam fibrillosus rufo-hepaticus, umbilico profundo concolore, margine subinflexo. *Lamellæ* latiusculæ rectæ 2-natæ albido-hepaticæ arcuato-decurrentes.

*Ag. ferrula* P. etiam huic affinis videtur, an potius ad carnosas species referendus?

108. *Agaricus ericetorum*, pileo plano umbilicato striato fordide flavescente l. griseo, lamellis decurrentibus, stipite deorsum pubescente subfistuloso.

*Ag. ericetorum.* *Albert. et Schwein.* l. c. p. 225.

*Ag. nothus*, albidus cinerascens flavicansve, lamellis decurrentibus, carne alba, stipite gracili farcto. *Gmel. Syst. Linn.* 2, p. 1423. (*diagn. bona, coloris mutationes exprimens.*)

*Agar. pseudo-androsaceus.* *Bull. Champ.* t. 276. (*optime.*)

α) *albicans* l. *flavescens.* *Alb.* l. c. p. 225. α. *Gl. Dan.* t. 1015. f. 1. (*exclus. syn.*)

β) *griseus.* *Alb. et Schwein.* l. c. 77.

*Ag. ericetorum.* *Pers. Syn.* p. 472. *Obs. Myc.* 1. p. 50. t. 4. f. 12. *cum descr.*

In ericetosis humidis α) copiosissime, β) rarissime in *Svecia* legi.

*Descr.* α) *Stipes* subfistulosus (sed haud raro solidus)  $\frac{1}{2}$  - 1 unc. subæqualis, crassit. pennæ gallinæ et ultra, teres firmus glaber lævis pallidus albus l. exalbido-flavescens, basi pilis tenuissimis, interdum nullis, obsitus. *Pileus* membranaceus (l. disco carne tenuissima albida)  $\frac{1}{3}$  -  $\frac{3}{4}$  unc. flavescens pallidus subfordidus planus umbilicatus striatus, margine patente, in speciminibus

luxuriantibus undulato-lobato, radiis obscurioribus picto. *Lamella* pallidæ latissimæ basi crassiores (*male, me iudice, dicitur: basi latiores*) 2-natæ pallidæ decurrentes distantes. — In pratis humidis legi formam: *stipite* solido albido glabro  $\frac{1}{2}$  - 1 unc. subflavescenti, *pileo* subcarnoso infundibuliformi, turbinato flavescenti-albido sublævigato. *Lamellis* 4-natis.

109. *Agaricus campanella*, subæspitosus, pileo hemisphærico umbilicato ferrugineo, lamellis decurrentibus, stipite fistuloso spadiceo æquali.

Ag. campanella. *Perf. Syn.* p. 469. *Batsch. El.* p. 74.

Ag. fragilis. *Schaff. Fung.* t. 230.

Ad truncos pineos, frequens. In Floris *Svecicis* neglectus tamen.

Descr. Gregarius subæspitosus. *Stipes* fistulosus 2 unc., crassit. vix pennæ gallinæ, glaber subæqualis elasticus spadiceus l. castaneus sursum dilutior, radice fibrillosa pubescente subcurvata. *Pileus* membranaceus hemisphæricus glaber striatus tenax umbilicatus  $\frac{1}{4}$  -  $\frac{2}{3}$  unc. flavo-ferrugineus. *Lamellæ* decurrentes dilutiores flavescentes subalternæ basi venis inter se connexæ.

110. *Agaricus tricolor*, gregarius, pileo convexo umbilicato ochraceo-flavo, lamellis decurrentibus basi crassis, stipite solido sursum in-crasato.



Agar. tricolor. *Albert. et Schwein. l. c.*  
p. 224. t. 9. f. 5.

Habitat in silvis, pascuis &c. Germaniæ,  
*Svecia.*

Obs. Fungus *Svevicus* ad variet.  $\beta$ . *bicolor*  
*lorem* propius accedit. Ceterum vix differt nisi  
lamellis flavescens aurantiacis et vix roseis.  
A priori, cui habitu haud dissimilis, abunde  
distinguitur: *stipite* solido sursum incrassato, *pileo*  
minus striato dilatiori et *lamellis* basi crassis. —  
Non *Ag. tricolor* Bolt.

111. *Agaricus muralis*, subgregarius, pileo  
convexo umbilicato striatulo rufescente, lamellis  
decurrentibus, stipite solido fuscescente-rufo.

*Ag. muralis.* *Swartz in Vet. Acad. Handl.*  
1809. p. 94. *Sowarb. t. 322.*

Meum fungum in palustribus legi.

Recedit a descr. *Swarziana*: *stipite* unciali  
sursum incrassato, *pileo* minus umbilicato et la-  
mellis flavis. Varietas saltem esse videtur.

112. *Agaricus (fibula. P.)  $\gamma$ . hydrinus*,  
lamellis flavescens, *major*.

In palustribus.

Color pilei vulgaris hujus fungi ludit quam  
maxime, aurantiaco, albido, albo et fulvo varie-  
gato, rufescente &c. (vid. *Bull. Champ. t. 550*)  
sed lamellæ sæpius albæ. In sylva deusta pa-  
ludosa legimus varietatem nunc describendam,  
cujus *Stipes* brevis vix uncialis teres junior

solidiusculus deinde fistulosus (hinc in *communi* etiam solidus ab his, fistulosus ab illis describitur) laevis glaber l. deorsum pubescens pileo concolor. *Pileus* subinfundibuliformis membranaceus  $\frac{2}{3}$  -  $1\frac{1}{4}$  unc. latus! ochraceus l. aquose flavus radiis obscurioribus ramosis striatus, margine deflexo nonnunquam undulato-lobatus. *Lamella* dilutiores flavæ latiusculæ 4-natæ distinctæ decurrentes.

113. *Agaricus Swartzii*, pileo planiusculo umbilicato laevigato albido, disco fusco, lamellis longissime decurrentibus albis, stipite solido.

In fagetis umbrosis roridis, *Svecia* inter muscos, rarior.

Vere distinctus et stipite solido aliisque notis haud difficile a sequenti distinguitur.

Descr. *Stipes* solidus glaber laevis rectus uncialis deorsum subangustatus subfirmus fuscescens albidus. *Pileus* planiusculus junior convexus umbilicatus 2 lin. latus (haud ultra) laevis albidus vertice fusco. *Lamella* longissime decurrentes albæ tenuisculæ in stipite angustiores.

*Icones* harum alio loco dabo.

114. *Agaricus speireus*, pileo planiusculo umbilicato striato cinerascenti, disco fusco, lamellis longissime decurrentibus albis, stipite fistuloso.

In truncis quercuum dejectis muscosis in *Svecia*, sparsim crescens.

Species illæ *Swartzii*, *speireus* et *ocellatus* tribum naturalem, quem *discoideos* dixi efficiunt.

Descr. Solitarius rarius subgregarius. *Stipes* uncialis et ultra inter muscos sæpe radicans fistulosus rectus lævis glaber gracilis tenax filiformis albidus. *Pileus* membranaceus planiusculus umbilicatus glaber striatus pallide cinereus vertice fusco striisque obscurioribus variegato, 2-3 lin. latus haud ultra. *Lamellæ* candidæ alternæ basi latiusculæ distinctissimæ longissime decurrentes.

115. *Agaricus* (o?) *ditopus*, pileo subcarnoso-coriaceo-membranaceo undulato-lobato cinerascens umbilicatus, lamellis adnato-decurrentibus stipiteque cavo concoloribus.

An varietas Agar. buccinalis. *Batsch. El. fung.* Cont. 2. p. 25. t. 39. f. 214.

In silvis abietinis densis *Sveciæ* inter muscos. De tribu hujus fungi dubius sum, *pileus* fere infundibuliformis hujus loci esse svidet, sed excentricus sæpe est, et substantia fere coriacea ad *Pleuropodes* accedit.

Descr. *Stipes* cavus 2-uncial. crassitie pennæ anserinæ crassiorve teres l. compressus cinerascens glaber basi pubescens. *Pileus* difformis carnosocoriaceus undulato-lobatus subexcentricus subinfundibuliformis cinereus glaber 1-2 unc. et ultra. *Lamellæ* tenues polynatæ cinerascens adnato-decurrentes in lobis pilei divergentes.

Transitum ad sequentem familiam efficit.

## IX. P L E U R O P U S .

\* Pileo integro, stipite excentrico.

116. *Agaricus corticatus*, pileo carnoso convexo floccoso-villoso cinerascete, margine subinvoluta, lamellis decurrentibus candidis, stipitibus excentricis albo cortinatis.

In truncis fagineis adhuc vivis *Sueciæ*.

Species maxime notabilis. *Fungos* tamen juniores tantummodo vidi, hinc magnam cum *Ag. Lepiota Alb. et Schwein.* l. c. p. 229 suspicor affinitatem. Cortina alba, stipite non verticali aliisque notis differre videtur. An varietas?

Descr. Subsolitarius. *Stipes* solidus 2 unc.,  $\frac{3}{4}$  unc. crassus subæqualis firmus ascendens fibrilloso-villosus l. g'aber. *Pileus* carnosus convexus cinerascens floccoso-villosus 2 unc. margine subinvoluta, *cortina* alba lamellas nondum explicatas obtegente appendiculatus, excentricus, sed integer. *Lamellæ* candidæ longissime decurrentes inæquales subangustæ basi tenuiores sæpe dichotomæ subdistinctæ.

117. *Agaricus ulmarius*, imbricato-gregarius, pileo exalbido-lutescente laticissimus, lamellis latis subemarginato-adnexis, stipite excentrico nudo.

*Ag. ulmarius.* *Perf. Syn.* p. 473. *Sowerb. Fung.* t. 67. *Bull. Herb.* t. 510. *Sibth. Ox.* p. 345.

*β. epiphegus*, subsolitarius, pileo albido-livescente, lamellis truncato-adnexis.

In truncis. *α.* in truncis *Populi nigrae* ad Lundinum. *β.* ad *Fagos* putridas legimus.

Var. *α.* optime descripsit Illustr. *Swartz* l. c. 1808. p. 251 in eademque arbore legit.

Descr. *β.* Minor gregarius, 2-3 basi connati. *Stipes* adscendens curvatus teretiusculus deorsum subincrassatus solidus fere glaber 1-2 unc. elasticus. *Pilei* saepe imbricati, sed pauciores quam in vulgari, integri excentrici horizontales convexi margine deflexo involuto 1-2 unc. albido-cinereascens. *Caro* alba. *Lamellae* albae 2-4 natae latae truncato-adnatae. — Species non est distincta.

Obs. Distinguendum inter lamellas rotundato-adnexas, truncato-adnexas et emarginato-adnexas, quae optimos saepe praebent characteres.

118. *Agaricus spodoleucus*, subsolitarius, pileo convexo cinereo glabro, lamellis angustis decurrentibus albis, stipite excentrico nudo.

Ad truncos fagineos *Sveciae*.

Primo obtuitu *Ag. ulmario β. epiphego* similis, ut pro varietate omnino haberem, nisi lamellis longissime decurrentibus distingueretur.

Descr. Solitarius l. gregarius, vix caespitosus. Odor nullus. *Stipes* brevissimus vix  $\frac{1}{2}$  unc. crassus (penna anserina saepius crassior)

solidus elasticus ascendens glaber lævis cinerascens l. pallidus. *Pileus* convexus carnosus uncialis et ultra glaber cinereus l. cinerascenti-fuscus integer; sed excentricus, margine deflexo, initio inflexo. *Lamellæ* albæ l. pallescentes decurrentes angustæ 2-4 natæ carne pilei alba angustiores confertæ eglandulosæ; quamvis *Agar. glanduloso* Bull. et præcipue ejus varietate  $\beta$ . *horizontali* Albert. affinis.

119. *Agaricus torulosus*, carneo-subsuberosus, pileo infundibuliformi margine revoluto subobliquo fulvo-carneo, lamellis longe decurrentibus, stipite brevi griseo-tomentoso. *Perf. Syn.* p. 475. *Albert. et Schwein.* l. c. p. 227.

Ag. griseo-tomentosus. *Batsch. El. fung.* f. 33.

Ab hoc fungo sequentem varietatem separare non ausus sum:

$\beta$ . *tephrotricus*, pileo planiusculo cinereo-alutaceo stipiteque griseo-tomentosis.

Ad truncos destructos *Sveciæ*.

Descr. Gregarius. *Stipes* brevis vix unciam attingens crassiusculus deorsum subincrassatus solidus curvatus albidus griseo-tomentosus. *Pileus* planiusculus carnosus molliusculus, integer; sed valde excentricus subobliquus alutaceo-cinereus griseo-tomentosus 3-5 unc. forma sæpius subrotunda l. obovata, n. argine subinflexo.



*Lamellæ candidæ longissime decurrentes subdistinctæ 4-natæ margine integerrimo.*

*Conf. Albert. et Schwein. l. c.*

\*\* Pileo dimidiato, stipite marginali, subnullo.

120. *Agaricus atro-coeruleus*, mollis subacaulis pileo subvillosa sicco atro-coeruleo intus gelatinoso, lamellis albidis.

*Ag. molli. Pers. (sæpe a me lecto) affinis, sed differt colore, odore, pileo villosa &c.*

In trunco fagineo putridissimo loco umbroso ad terram dejecto.

*Descr.* Subgregarius acaulis, immo cæspitosus. *Pilei* horizontales l. parum adscendentes 1-2 uncial. subobovati basi angustati ficii rugulosi villosi, rarius glabri coeruleo-nigricantes molles, margine integro sæpe inflexo. *Odor* debilis haud ingratus. *Substantia* interna mollis, superne stratum crassum (2-3 lin. et ultra) gelatinosum (ut in volva *Pballi impudici*) fusco-nigricantem ferens, carne pilei albida tenuissima facillime dissepabili crassior. *Lamellæ* ad basin decurrentes 4-8 natæ albidæ demum subflavescentes carne pilei latiores firmæ approximatae margine integerrimo.

*Substantia* interna gelatinosa omnino paradoxa species. Cum *Perfoonianis*, si a *molli* dis-

cesferis, nihil habet commune, sed affinis videtur  
*Agaricus*. Schæff. *Fung. Bav.* t. 246.

Legi varietatem odore fortiori gratissimo.

121. *Agaricus flabelliformis*, subsesilis, pileo multiformi cervino subvillosa, lamellis pallidis ferratis, stipite subnullo.

Agar. flabelliformis. *Pers. Syn.* p. 479.  
*Bolt. Fung.* t. 157 (minus bona).

In Fago cava ad Femsjö quot annis viget.

Deser. *Fungus* sesilis cæspitosus imbricatus. *Pileus* margine stipitiformi elongatus carnosus ascendens l. horizontalis sæpe reniformis 2-4 uncial. difformis subconvexus colore vario, plus minusve rufescens, hepaticus fusco-spadiceus l. castaneo-flavescens adultus subtomentosus, tomento erecto breviusculo concolore denso, et interdum farina alba conspersus, margine glabro dilu-  
 tiori subcrenato. *Lamella* ad radicem decurrentes divergentes latisimæ (carne pilei 4-plo latiores) albidæ ferrato-dentatæ longitudine inæquales.

An tomentum parasiticum? — *Agarici pleuropodes*, præsertim dimidiatæ, maxime variant pilei forma, colore &c. ex. gr. *Ag. salignus*, *ostreatus*, *mollis*, *nidulans*, *variabilis*, *epigæus* aliique, hinc difficile firmis distinguuntur characteribus.

## MERULIUS.

## Cantharellus.

122. *Merulius rubiformis*, gregarius sub-  
cæspitosus, pileo membranaceo umbilicato ru-  
goso-squamuloso, plicis rectis cinerascenti fla-  
vis, stipite flavo deorsum incrassato.

M. tubiformis. *Perf. Syn. p. 489. Comm. Schaff. p. 62. cum. syn.*

Mer. helvelloides. *Gmel. Syst. Linn. II, 2. p. 1430.*

Mer. *villosus*, cæspitosus, pileo umbili-  
cato squamoso-villoso pallescente-fuligineo,  
plicis distantibus cinereo-pallidis, stipite cavo  
deorsum incrassato lutescente. *Perf. ic et descr. p. 17. t. 6. f. 1. (me iudice, non differt.)*

Helvella tubæformis. *Bull. Herb. t. 461. f. A. C. (optime).*

*Peziza undulata. Bolt. Fung. t. 105. f. 1.*

$\beta$ . *epixylus*, pileo turbinato, stipite solido.

In silvis umbrosis subhumidis et fagetis  
et pinetis, vulgaris etiam in *Suecia*.

*Descr.* Maxime variabilis. Gregarius l.  
cæspitosus. *Stipes* sæpius cavus, sed etiam, præ-  
cipue in  $\beta$ , solidus 2—3 unc. glaber lævis  
nunc teres nunc compressus deorsum sæpius  
incrassatus rectus l. ascendens subfirmus  
elasticus, semper late flavus. *Pileus* membra-

naceus, sed in  $\beta$  subcarnosus,  $\frac{1}{4}$ —2 unc. subrugoso-fibrillosus squamulosus, sed etiam glaber, convexus umbilicatus l. totus infundibuliformis demum pervius flavescenti-cinereus l. cinereo-spadiceus, margine subundulato crispo irregulari. *Venæ* flavo-cinerascentes, sæpius dilutius flavescentes ac pileus, sed etiam cinereæ dichotomæ distantes venis connexæ subdecurrentes.

Quibus notis differt *M. fuliginus* P. me fugit.

123. *Merulius cinereus* cæspitosus, pileo subinfundibuliformi squamuloso nigrescente, plicis crassis glauco-cinereis, stipite cavo nigrescente.

*M. cinereus.* Pers. Syn. p. 490. Ic. et descr. p. 10. t. 3. f. 3.

*Helvella hydropipes.* Bull. H. t. 465. f. 2.

In silva (*Hallanäsensi*) prope Femsiö in Suecia adhuc tantum lectus.

*Descr. Mer. cornucopioidi* maxime affinis, sed hymenio valde plicato aliterque colorato differt.

Reliquas hujus sectionis a me intra Patriæ fines lectas species optime in *Vet. Ac. Hand.* 1809 descripsit Celeb. Prof. Swartz.

\*\*\* *Steropa* (pileo dimidiato verticali  
 obs. \*\* *Gomphus*).

124. *Merulius crucibulum*, pileo verti-  
 cali cupulæformi carnosio alboflavescenti, in-  
 tus venis luteis ramosis.

In hymenio *Boleti igniari* et ligno putrido.

*Descr.* Gregarius sessilis carnosus, ubique  
 radiculis byffoideis, cupularis (*Cyat. cruci-  
 bulum* haud male referens) 4—6 lin. et ultra,  
 extus albido-flavescentis subglaber, margine in-  
 flexo acuto, intus aurantiacus venosus, venis  
 dichotome ramosis crispatis flavis, ejusdem co-  
 loris et indolis ac in *M. aurantiaco* Persf.

Obs. Caute distinguendus ab *Merul retirugo*,  
*bryophilo*, *crispo* &c. quos etiam cupulæformes  
 vidi; sed ab omnibus notis speciebus hujus  
 sectionis colore etc. venarum differt.

125. *Merulius tremellosus*, acaulis im-  
 bricatus l. resupinatus, pileo effuso reflexo to-  
 mentoso albo, plicis poriformibus acutis ru-  
 bicundis.

*Merulius tremellosus*. Pers. *Syn.* p. 496.

*Obs. myc.* 2. p. 92. *Schrad. spic.* p. 139. *Schum.*

*Sall.* 2. p. 372. *Albert. et Schwein.* p. 238.

*Merulius*. *Hall. hist. n.* 2329. *betulinus* Gmel.

*Agaricus betulinus*. *Wulf.* — *Fl. Dan.* t. 776.

(omnino hujus loci.)



Ag. cantharellus. *Batsch. El. p. 95. f. 34.*

In truncis *Suecicis* primus, sed frequenter, legi. Apud exteros vulgatissimus videtur.

Tot locis descriptus ut superflua foret descriptio nostra.

\*\*\*\* *Serpula.*

126. *Merulius vastator*, orbicularis aureus planus margine subbyssoideo albo, venis gyrosis crispis.

*M. vastator. Pers. syn. p. 497. Tode in Abh. Hall. Naturf. l. p. 351. t. 2. f. 1—4. Schum. Sall. p. 371. Albert et Schwein. l. c. p. 236.*

$\beta$ . *epiphyllus*, tenuissimus glaber dilutior.

$\alpha$ . Ad ligna pinea putrida in silvis.  $\beta$ . in foliis *Syringæ vulgaris* loco umbroso notabilem hanc legi varietatem.

*Obs.* Odor fungi noster subnullus et tubercula caulescentia rarissima.

Ut *Novitiæ Floræ Suecicæ* etiam nominandi *M. serpens* Tode et *M. rufus* P., hunc hyeme ad truncos fagineos, illum æstate ad pineos observavi.

127. *Merulius fugax*, resupinatus tenuis candidus, venis prominulis ad tactum evanescentibus.



In ligno pineo putrido.

*Descr.* B. (P.) *reticulato* affinis, sed venis omnino distinctus. Effusus tenuissimus subglaber, hymenio difformi reticulato l. reticulato-venoso. Adeo tenuis, ut ad tactum evanescat.

\*\*\*\*\* *Mesenterica* (gelatinosa, venis subdistantibus.)

128. *Obs.* *Mesentericæ* genus ad fungos byssoideos s. e. filis compositos referre non potui et cum a *Meruliis* nullo differunt caractere cum his conjungi. *Mer. tremellofi* substantia etiam est tremellosa l. gelatinosa, fugacitate et venis subdistantibus, cum *M. fugaci* aliisque conveniunt. — Vide *Schrad. spic. p. 142*. Sequentes hujus subgeneris species mihi notæ:

1) *Merulius (mes.) aureus*; citrinus l. aureus.

*Mesent. lutea*, *Pers. Syn. p. 706*. *Albertini et Schwein. l. c. p. 374*.

*Mes. tremelloides*, *Tod. fung. Meckl. I. p. 7. t. 2. f. 12*.

2) *Merulius coeruleus*, *coeruleus*.

*Mesent. coerulea*, *Pers. l. c.* — *Tod. l. c. β*.

3) *Merulius erysibe*, æruginosus, venis reticulatis.

In trunco fagineo.

4) *Merulius griseus*, griseus, venis ramosisissimis. — *Albert. l. c.*

Eodem ac antecedens loco meum fungum legi.

5) *Merulius sanguinolentus*, lacteus, ad tactum sanguinolentus.

Mes. sanguinolenta. *Alb. l. c.*

6) *Merulius argenteus*, albus immutabilis. — *Pers. Syn. p. 706. Vaill. par. t. 8. f. 1.*

Ex his *M. coeruleum* et *sanguinolentum* non vidi. — Quam maxime tamen dubito, an species sint distinctæ. Si igitur quis has sub nomine *M. mesenterici* conjungeret, non multum forte erraret.

---

## SCHIZOPHYLLUS. FRIES.

Sporangium pileiforme sessile subtus lamellis longitudinaliter bifididis, margine revolutis, thecis superficialibus, spora subeffusa (*in rima longitudinali*).

129. *Schizophyllum commune*. Agaricus alneus. Linn, et omn. fere Auct. — Sow. t. 183. Bull. ch. t. 346. 581.

Ag. multifidus. Batsch El. fung. f. 126.

Merulius alneus. Gmel. Syst. Linn. II. 2. p. 1431. Schum. Sall. p. 370.

In truncis *fagineis, alneis, tiliaceis, betulinis et populneis* legi. Singularis hic fungus, nunc ad *Agaricos* nunc ad *Merulios* relatus, et ab omnibus Mycologis male intellectus, distincti esse generis. nullus dubito. *Lamellæ* fissæ, quæ *Valvellæ* dici possent, margine revolutæ et villosæ illum a vcris *Agaricis* et *Meruliis* abunde distinguunt; sed fructificationis processus etiam tam longe recedit, ut ab his non possit non separari. Hujus iconem ad aliud tempus reservare cogor.

Obs. Ut *Sistotrema* ab *Hydno*, *Schizophyllum* ab *Agarico* differt.

---

## DÆDALEA. PERS.

130. *Dædalea quercina*. Pers. *Boll.* t. 63.  
hujus legimus varietatem.

*γ. nigricantem*, extus nigram, intus atrofescentem.

Agaricus dædaleis finibus excavatus nigricans. *Batt. fung. arim.* p. 72.

In truncis quercinis. — Specie non differt ut in Synopsi suspicatus Cel. *Perfoon.*

131. *Dædalea betulina*, coriacea zonata tomentosa pallescens, finulis rectiusculis, laminis ramosis.

*D. betulina.* *Rehent. fl. neom.* p. 371.

Agaricus betulinus. *Linn. Fl. Suec.* p. 1244.  
*Sow. fung. t.* 182. *Batt. t.* 30. *f. D.*

*A. coriaceus.* *Pers. Syn. p.* 486. *Bolt. F. t.* 158. *Bull. t.* 394.

*A. versicolor.* *Plan. Erf.* p. 4.

In truncis betulinis et quercinis.

*Descr.* Gregarius, raro imbricatus. *Pileus* durus firmus tuberoso-coriaceus dilatato reniformis subcinerascens planus l. convexulus zonatus tomentosus, zonis magis elevatis villosis aliis depressis glabriusculis. *Sinuli* recti, laminis lignoso-coriaceis sæpius ramosoconnatis difformibus interdum rectis simpli-

cibus 4 natis, albide-pallidis. Ætate fufcescit et nomumquam virefcit ut *D. gibbosa*.

Synonymon *Linnæi* ad hanc fpeciem fine dubio pertinet.

132. *Dædalea fepiaria*. *Swartz l. c. 1810. p. 2. cum fyn. et defcr.*

Synonymis addendum.

Agaricus acaulis utrinque planiusculus. *Linn. Fl. Suec. n. 1243. (Errant igitur qui hunc pro *A. betulino* L. habent).*

Ag. squamosus. *Liliebl. Sw. Fl. 2.*

Merulius squamosus. *Schrad. in Gmel. Syst. et in fpec. p. 140. (ubi et apud Wulf. l. c. plurima synonyma).*

M. fepiarius, *Wahlenb. Fl. lapp.*

133. *Dædalea cinerea*, imbricato-connata fububerofa tomentofa cinerea, finulis variis flexuofiffimo-finuatis l. periformibus, laminis lignofis.

Agaricus squamosus dædaleis finibus cinereus. *Batt. Fung. t. 38. f. G. optime.*

In truncis fagineis mufcofis; ad Femfiö in *Suecia*.

*Descr.* Pilei acaules cæfpitofi imbricatoconnati numerosiffimi juniores interdum fere refupinati demum fubpulvinati uberofiffi duri; fed non craffi, fubelaflici flexibiles  $1\frac{1}{2}$ —3unci-

ales subundulati plus minusve cinerascens, etiam ferruginescentes et virescentes, villosi zonati, zonis latis elevatis paucioribus, margine patente concolore l. spadiceo-cinereo, subtus planus demum convexus. *Simuli* valde difformes, in junioribus pauci poriformes subrotundi, demum longissimi maxime divaricati flexuosi angustissimi albidii l. pallescens, detriti fuscescentes; etiam cretaceo-albivisi. *Lamini* non distincti crassi lignosi minime flexibiles, ut in priori.

Optimam hujus generis ideam præbet, an satis differt *D. confragosa*, *Pers.*?

134. *Dædalea gibbosa*, gregaria suberosa subtomentosa albida, basi gibboso-porrecto, sinulis rectiusculis.

*Dædalea gibbosa*. *Pers. syn.* p. 501. *Schum. Sall.* p. 373. *Rebentisch Fl. neom.* p. 372.

*Merulius gibbosus*. *Pers. obs. mys.* 1. p. 21.

*Boletus suberosus*. *Linn. Suec.* p. 453.

*Bol. sinuosus*. *Sowerb. f. t.* 194. (*sec Rebent.*)

In truncis fagineis meum fungum frequenter legi.

*Descr.* Gregarius vix cæspitoso-imbricatus. *Pileus* suberosus albidus, demum pulvere viridi conspersus, pulvinatus elasticus subtomentosus interdum zonatus magnitudine varia



(2—4 unc. latús) basi sæpe gibboso-porrecto, margine obtuso sæpius obscuriori cinereo; pileus demum cinerascit. Caro alba tenacissima. *Sinuli* oblongi recti, alii subrotundi albi.

Synonymon *Linnaei* huc certe pertinet.

135. *Dædalea mollis*, gregaria carnosa rugosa incarnata, sinulis variis flexuoso-elongatis et subrotundis albidioribus.

Boletus mollis. *Perf. syn. p. 526. Obs. myc. 1. p. 22. Albert et Schwein. l. c. p. 247.*

In truncis pineis *Sueciæ*, Germaniæ.

*Descr.* Gregarius l. subcæspitoso-imbriatus. *Pileus* carnosus mollis dilatatus (1—6 Lin.) crassiusculus triqueter incarnatus rugosus l. subvillosus-strigosus, etiam glaber, margine acuto, basi effuso-dilatato. In adultis zonam erecto-strigosam nonnumquam observavi. *Sinuli* perangusti alii poriiiformes pluri demum longissimi perangusti flexuosi albidii l. pallide incarnati a pilei substantia.

136. *Dædalea albilla*, gregaria suberosa subglabra alba, sinulis angulatis subelongatis concoloribus.

Agaricus dædaleis sinibus minoribus. *Batt. fung. ar. t. 38. F. E. F.*

Ad truncos betulinos *Sueciæ* legit *Forsander*.

*Descr.* Acaulis gregaria rariùs imbricata. *Pileus* dilatatus subreniformis convexus albus glaber subrugulosus, junior albida sericea hirsutiae obtectus, suberoso-coriaceus azonus l. zonis elevatis concoloribus, subtus concaviusculus. *Caro* tenuissima suberosa concolor. *Simili* juniores periformes angulati, dein elongati suberosi firmi recti, marginem versus poriformes, albi, e pilei substantia formati.

137. *Dædalea heteromorpha*, resupinata, sinulis irregularibus pallidis flexuosis, margine byssino albedo.

Ad ligna pinea putrida *Sueciae*.

Mera omnino *Dædaleæ* species, nec *Poriæ*, quamvis habitus diversus.

*Descr.* Resupinatus effusus laticissimus, subiculo subobsoleto, margine irregulari byssino albicante. *Simili* suboliqui longissimi flexuosi connati nonnulli poriformes maxime irregulares, non vero dentato-laceri, ut *Sistotrematis* affinis esset, molliusculi pallecentes, tacti flavescenti-cinerascentes l. subrubiginosi, *tubis* obliquis breviusculis persistentes.

---

## BOLETUS. Fries.

*Suillus*. Mich. Gen. p. 126. t. 6. f. G.

O. Pori integri toti e substantia propria, a pilei diversa et libera, formati.

*Habitus*: Stipitati carnosif horizontales, tubis elongatis a pileo facile disjunctis.

*Obs.* Genus hoc, a *Michelio*, alio licet sub nomine, constitutum, maxime naturale, et omnia Genera naturalia sunt optima et servanda, præcipue cum characteribus optimis distingvitur tantique momenti, quanti apud Lichenes, inter quos ad Classes (*Ach. Syn.*), I, si malles familias, distinguendas valent.

## \* Stipite annulato.

138. *Boletus luteus*, annulatus, pileo pulvinato viscoso subcastaneo-livido l. flavescente, poris subrotundis luteis, stipite albo crassiusculo.

*B. luteus*. Linn. Fl. Suec. p. 452. Schrad. spic. p. 142.

$\beta$ . *virgatus*, pileo rufo virgato, de cetero nullo modo differt.

*B. annulatus*. Pers. Syn. p. 503. Comm. Schaff. p. 45. Schaff. fung. t. 114. Bull. champ. t. 332.

$\gamma$ . *sericeus* pileo subcastaneo sericeo.

*B. luteus* Schaff. t. 84.

In silvis frequens.

Var.  $\beta$ . præter notas allatas omnino convenit, in Europa meridionali frequentior esse videtur; rara autem in Suecia ubi a vulgatissima.

*Obs.* Verus est *Bolet. luteus* Linn. contra sententiam summi Mycologi *Persoonis*.

139. *Boletus flavidus*, annulatus, pileo pulvinato subglabro cinereo-flavescente, poris angulatis flavescentibus, stipite dilutiori tenui.

In silvis humidis Sueciae.

A priori omnino diversus.

*Descr.* Stipes annulatus 2—3 unc. albidus l. flavescens angustus, diametr. pennæ anserinæ l. parum crassior, æqualis et basi ne minimum incrassatus glaber lævis tenax rectiusculus l. subflexuosus. Variat stipite striato. *Pileus* convexus pulvinatus pallide flavescens l. cinereo-flavus interdum umbonatus glaber fliccus l. coelo pluvioso viscosus 2—3 unc., margine nunc regulari patente nunc irregulari repando, subtus planus. *Caro* flavescens mollis immutabilis, interdum vero cinerascens. *Tubuli*  $\frac{1}{4}$  —  $\frac{1}{3}$  unc. flavi. — *Pori* angulati magni difformes subcompositi in stipitem fixi et sæpe decurrentes.

Affinitate quadam naturali cum *Bol-  
bovino* conjunctus.

Differt; 1.) ab *B. cortinato* P. (species mihi dubia) stipite tenui æquali, carne flavescente nec crispa, pileo porisque aliter coloratis.

2.) a *B. decurrenti* Schum. et 3.) *elegante* Sch. poris angulatis maximis, colore &c.

4.) a *B. cinereo* P. (floccopode *Fl. Dau. t.* 1252) pileo glabro pluribusque characteribus.

## \*\* Stipite squamuloso.

140. *Boletus niveus*, pileo pulvinato glabro niveo, poris subrotundis stipite verrucisque concoloribus.

In fagetis umbrosis humidis et pinetis.

*Descr.* Subgregarius. *Stipes* solidus elongatus 3—5 unc. candidus sursum sensim angustatus e punctis concoloribus reticulato-scaber squamulosus, tactus cinerascit, basi albotomentosus nec bulbosus. *Pileus* pulvinatus convexus carnosus mollis lævis glaber albus, demum virescens, 2—unc., margine patente lævis, subtus planus. *Caro* mollissima alba digitis tacta cinerascit. — *Tubuli* albidi subcinerascetes carne pilei longiores, *Pori* candidi minuti rotundi,

*B. scabro* P. (*viscido* vero *Linnaei*) affinis. — Hujus varietas lævis est *B. rufus*, *Perf. Obs.* 2. p. 13, nec specificè differre videntur *B. aurantius*, *leucopodius* et noster *niveus*.

Ad hanc sectionem pertinent species nominatæ et *B. circinans* P. e Suecicis.

\*\*\* Stipite lævi l. reticulato.

141. *Boletus bovinus*, pileo pulvinateo glabro flavescente sordido, poris compositis acutis flavo-griseis, porulis angulatis brevioribus, stipite pallescente.

*B. bovinus*, *Linn. Fl. Suec.* 1246. (*exclus. plur. syn.*)

In silvis Sueciæ, ubi vulgaris; sed vix alibi.

*Obs.* De distinctissima hac specie dubii sunt omnes Botanici apud exteros. Et cum horum neminem illum descripsisse l. depinxisse viderim, extra Sueciam vix crescere suspicor. *B. bovinus* *Gmel.* ad *edulem*, *Schum.* ad *subtomensum* etc. pertinent.

*Descr.* *Stipes* 2—3unc. subæqualis, crassit.  $\frac{1}{2}$ —1 unc., sæpe curvatus elasticus nudus lævis l. e. poris decurrentibus reticulatus, glaber firmus flavescens, numquam rubicundus. *Pileus* carnosus convexus pulvinatus demum planiusculus etiam vertice depressus glaber



lævis 3 uncial. et ultra, subficcus, sed æstate pluviola viscosus, qua nota a *subtomentoso* etiam differt, sordide flavescens l. cinereo-flavus, margine patente. Caro semper immutabilis pallida spongiosa. Tubuli nunquam  $\frac{1}{2}$  unc. attingentes carne pilei breviores. Pori flavogrisei omnium maximi, e pluribus (3—4) brevioribus conformibus compositi, angulati, interdum flexuosi.

A. Gregarius *Fl. Dan.* huic proximus. 142. *Boletus subtomentosus*, pileo pulvinato subtomentoso subflavo-cinerascenti, poris subsimplicibus majusculis læte flavis, stipite subrufescente.

B. subtomentosus. *Linn. Suec.* 1251. *Persf. Syn. p.* 506. *Ejusd. Obs. myc.* 2. p. 9—11. (ubi varietates, synonyma etc. optime determinantur.) *Albert. et Schwein. l. c.* p. 239. B. chryseuteras. *Schrad. spic.* p. 144.

B. bovinus. *Schum. Sall.* 2. p. 376.

*Icones. Schæf. f. t.* 112. 133. *Fl. Dan. t.* 1074. *Bull. h. t.* 393, 490, ~~491~~ 499. f. 2. *Bolt. t.* 87. Vulgaris. *2. t. 3.*

*Descr. Conf. Persf. l. c.* non tamen superflua fungi Suecici, ut magis differentia ab antecedenti, cui tamen minime affinis, eluceat.

*Stipes* 1—3 unc. solidus, statu senescent interdum cavus, crass. digiti minoris majorisve subæqualis glaber carnosus flavescens l. subrubicundus, plus minusve reticulatus, etiam lævis. *Pileus* carnosus pulvinatus  $1\frac{1}{2}$ —5 unc. olivaceo-flavescens, alutaceo cinerascens & ferriceo-tomentosus l. glaber, nunquam viscidus, margine obtuso, subtus initio concavus mox planiusculus. *Tubuli* carne pilei subæquales flavi. *Pori* flavi (numquam in priori) majusculi angulato-subrotundi inæquales. *Caro* immutabilis, sed interdum coerulefcit.

143. *Boletus piperatus*. P. Sow. t. 34. Swartz l. c. 1810. p. 9. (cum descr.)

β. *squamosus*, pileo pulvinate, squamulis dilute flavis obfite, stipite brevi.

Color pilei flavescens. Loca humidiora ac vulgaris eligit. De cetero minor.

144. *Boletus felleus*, pileo molli dilute castaneo-fulvo glabro, poris albido-roseis subrotundis carneque demum roseis, stipite reticulato.

B. felleus. Bull. champ. t. 379. (optime) Albert, et Schwein. p. 240.

In pinetis ad Femsiö *Suecia* nonnulla legi specimina.

*Descr.* Inter pulchras species, solitarius. *Stipes* nudus carnosus subrectus 2—4 unc.

glaber reticulatus subæqualis l. basi incrassatus  $\frac{1}{3}$ —1 unc. crassus, in nostro olivaceo-fulgineus, intus albus, marginem versus sæpe virefcens, vulneratus dilutissime roseus. *Pileus* carnosus junior convexus, dein planiusculus dilute castaneus l. fulvus glaberrimus lævis  $1\frac{1}{2}$ —4 unc., carne alba demum subrosea mollissima spongiosa, margine obtusò. *Tubuli* longissimi molles recti sæpius albido-rosei. *Pori* subrotundi regulares albido-rosei, tacti sæpius obscuriores.

145. *Boletus alutarius*, pileo molli alutaceo glabro, carne subimmutabili, poris albis subroseis, stipite elongato læviusculo.

In pinetis, numquam vero in prioris consortio, rarissime. Medius inter *felleum* et *cyanescen-em*.

*Descr.* Priori affinis: at ut ejus subspecies non censenda. Characteres constanter servat, et majore jure, ac *auriantiacus* P. a *scabro* distinguitur, eodem modo ut *rubeol*, a *lurido*. *Stipes* elongatus 4—5 unc. sursum subangustatus glaber lævisculus l. tenue reticulatus albidus carnosus, carne immutabili. *Pileus* convexus pulvinatus carnosus molliusculus pallide alutaceus, sed fordidus, glaber lævis 3—4 unc. *Caro* alba immutabilis l. dilutissime

rosea. *Tubuli* mediocres albi, sæpius dilute rofescentes. *Pori* l. difformes l. subrotundi albido-rosei.

146. *Boletus cyanesceus*, pileo pulvinateo planiusculo flavescente l. subfuligineo, poris albis carneque mox cyanescentibus, stipite lævi.

*B. cyanesceus* Bull. h. t. 369. *Perf. syn.* p. 508 (*sub constricto*).

In silvis Galliæ, Angliæ, Sueciæ.

Quoad colorem fungus noster recedit, sed omnia dubia, quin hujus esset loci, Icon *Bulliardiana* optima, sustulit.

*Descr.* Species notabilis et a reliquis carne coeruleseente præditis quam maxime differt. *Diagnosis* nostra in fungum et gallicum et suecicum quadrat; sed descriptiones tantummodo fungi a me lecti dabo.

*Stipes*, ut in reliquis, solidus; sed in hac specie medulla molliori subspongiosa (nec elastica) cum stipite contigua factus, nudus  $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$  unc. deorsum incrassatus ventricosus semper *lævis* glaber l. villoso-pulverulentus albus, interdum flavescens, tactus l. aëri expositus olivaceus l. fuligineo-cinereus, intus albus coeruleseens. *Pileus* junior semiglobosus, mox convexus subtus planus, demum planiusculus inferne convexus, carnosus haud elasticus 2—5 uncial. flavescens, nunc læte

nunc pallide, nunc etiam subcinereus, villosopulverulentus, e pilis quasi adpresfis brevibus, raro glaber, margine patente acuto. *Caro* albida, rupta mox coerulescit, compressa succum coeruleum sæpius copiosum fundens. *Tubuli* breves albi coerulescentes. *Pori* minuti subrotundi albi, a stipite liberi, etiam colorem coeruleo-cyaneum brevi assumentes.

147. *Boletus variegatus*, pileo pulvinate fordide flavo fasciculato-piloso, pilis adglutinatiss, poris viridi-luteis, stipite lævi flavo, Swartz in *Vet. Ac. Handl.* 1810. p. 8.

In pinetis Suecicis vulgaris.

*Descr.* *Stipes* nudus 1—3 unc. crassit.  $\frac{1}{2}$ —1 unc. subæqualis glaber omnino lævis cylindricus firmus unicolor flavus, raro rube-scens. *Caro* stipitis pallide flava subimmutabilis elastica nec spongiosa. *Pileus* plano-convexus nunc piloso-squamulosus nunc glaber ficcus l. tempestate pluviosa subviscosus flavus, margine acute lævi, subtus junior concaviusculus dein planus. *Diam.* 3—5 unc. *Caro* pallide flavescens mollis nec elastica crassiuscula subimmutabilis rarius coerulescens. *Tubuli* carne pilei breviores cinereo-flavescen-tes hymenio læte flavo villosiusculo adfixæ. *Pori* obscure flavi, juniores fere spadicei dein



cinereo. l. viridi-flavescentes æquales minuti subrotundi obtuse angulati.

Stipitem nonnisi rarissime rubicundum vidi.

148. *Boletus pachypus*, pileo pulvinate alutaceo l. olivaceo-fuscescente, poris demum flavis (*minime rubris*) carneque subcoeruleis, stipite reticulato flavo rubroque vario, basi bulbofo.

B. olivaceus. *Schæf. fung. t. 105.*

B. vitellinus. *Perf. Obs. myc. 2. p. 11.*  
*hujus, ni fallor, loci. Descr. bona.*

In fagetis umbrosis Germaniæ, Sueciæ, ad Almåhs.

Sequenti affinis, sed vere distinctus, et qua ratione e Synopsi a *Perfoonio* exclusus nescio. A *Lurido* P. *rubeolario* P. (Bull. t. 100) et *erythrop* P., qui familiam l. tribum naturalem efficiunt, abunde distinctus: *poris numquam rubris*, eademque nota ab his differt A. *calopus*. P.

*Descr.* Stipes brevis 1—2 uncialis ovatus crassus apice angustatus 1 unc. crass. et ultra carnosus firmus evidenter reticulatus deorsum medioque ruber apice flavus (et hunc colorem constantem vidi, qualem etiam descripsit *Perfoon*.) glaber l. deorsum radicalis paucis tomentiformibus, carne margine flave.



scente intus albo mox coerulecente. *Pileus* convexus fuscescenti-cinereus olivaceus l. alutaceus 2—8 unc. latus compactus subtomentosus demum glaber, margine subinvolutumox patente obtuso. *Caro* albida, parum coerulecens et nonnumquam subimmutabilis, qualem etiam fungum suum optine descripsit *Persoon*. *Pori* minuti subrotundi læte flavi, juniores albidii, tacti coerulecences, *tubulis* concoloribus breviusculis subvirescentes.

149. *Boletus calopus*, pileo pulvinate subolivaceo, poris demum flavis carneque coerulecencentibus, stipite reticulato rubro equali.

*B. calopus*. *Pers. syn. p.* 513.

*B. terreus*. *Schæff. fung. t.* 315.

In sylvaticis, ericetis & pasfim.

*Descr.* *Stipes* carnosus æqualis 3—6 unc. glaber reticulatus ruber unicolor l. deorsum nonnumquam olivaceus, numquam apice flavus, 1 unc. crass. firmus, intus flavescens mox coerulecens, substantia fibrosa. *Pileus* convexus demum plano-pulvinatus olivaceus l. pallide flavescenti-cinereus, junior subvillosus, dein glaber læviusculus mollis 4—6 unc. *Caro* albida mollis demum spongiosa mox coerulecens. *Tubuli* sublongi læte flavi, fracti mox coerulei. *Pori* æquales in omni

ætate læte flavi juniores tenuissimī, adulti æquales subrotundi.

150. *Boletus? sistotremoides*, pileo utrinque plano castaneo-rufo, stipite rufescenti pallido tenui, hymenio gyroso-poroso venoso denticulato, gyris a pileo seperabilibus.

Paradoxi hujus fungi specimina plurima gregarie in silva *Femfjönensi*, mense *Septembri*, legi.

*Descr.* Gregarius. *Stipes* solidus nudus 2—4 unc. subæqualis, crassit. digiti minoris erectus l. parum curvatus glaber, basi subvillosus, subrufescenti-pallidus l. parum flavescens. *Pileus* carnosus utrinque planus castaneo rufus l. vaccinus l. fusco-brunneus 2—3 unc. submollis, aqua atmosphærica bibulus, glaber l. subsericeus, margine patente obtusifusculo. *Caro* mollis aquosa albida immutabilis. *Hymenium* gyroso-porosum venosum flavescens, demum subfulvum; margine interdum poris angulatis integris; tubulis brevissimis vix 1 lin. a substantia propria formatis et a pileo liberis, et medio in dentes difformes compressos obtusos lacerum.

Sistotremati quoad characteres, Boletis quoad substantiam proximus. An vero monstruosa progenies? Nulli vero alio fungo a me viso similis.

---

POLYPORUS. MICH. *restit.* FRIES.

*Mich. Gen. p. 129. t. 70. f. A. B.*

Pori integri toti e substantia pilei formati, cum qua et inter se connati. *Habitus: Stipitati, dimidiati et resupinati; carnosi, coriacei ut plurimum suberosi, tubis brevibus pileo arcte adnatis nec disjungendis.*

*Obs. 1.* Inter *Polyporos* et *Porias* nulli dantur limites et plurimi *Boleti* acaules etiam resupinati variant. Ceterum, præter formam, characteres habituales solum præbentem, nullæ dantur notæ,

*Obs. 2.* Quamvis omnes hujus Generis species notas in *Mscr.* disposuerim, has hoc loco enumerare superfluum duxi, cum non solum nomina trivialia *Persoonii*; sed sæpe etiam specifica retinuerim. Hinc rariores nonnullas modo describam species.

---

I. *MESOPUS* *Albert. et Schwein.* pileo integro stipitato; sed sæpe excentrico. (*Pelteæ* Fries.)

151. *Polyporus subsquamosus*, pileo carnoso albido subsquamoso, poris oblongis flexuosis niveis, stipite brevi centrali. *Disp. Boletoid. Mscr.*

*Boletus subsquamosus. Linn. Fl. Suec. 1250.*

In pinetis Sueciæ, rarior.

*Descr.* Stipes brevis  $\frac{1}{2}$  unc. l. parum ultra crassit. fere unciali cylindricus aequalis carnosus glaber lævis (reticulatum non vidi) sordide albus l. cinerascens. *Pileus* carnosus compactus firmus forma varia, nunc convexus, sæpe planiusculus, nunc subdepressus, 2—5 unc. latus ficcus glaber sed in squamulas discedens (*Hydno imbricato* subfimis) ficcus pallidus sordide albus l. subflavescens, margine junioris inflexo demum evoluto reflexo subundulato glaberrimo acuto. *Caro* dura alba crassiuscula immutabilis. *Tubuli* vix ulli, nec ad *Boletum* pertinet, ut suspicatus est *Illustr. Swartz (in Vet. Ac. Handl. l. c.)* *Squamulae* difformes apice subpatentes. *Pori* nivei minuti elongati flexuosi difformes,

Species optime distincta. *Bolet. caranthiacus* Pers. *syn.* p. 514. (*Wulf. in Jacq. Coll.* 1. p. 342.) si non idem, saltim varietas.

152. *Polyporus ciliatus*, pileo spadiceo-rufo suberoso-coriaceo margine ciliato, poris minutissimis subrotundis pallidis, stipite tenui centrali. *Disp. Bol. msc.*

In truncis Sueciæ, rarior.

An distinctus ab *B. ciliato* Fl Dan., qui ad hunc l. *P. circularium* pertinet.

*Descr.* *Pol. circulario* maxime affinis, sed colore obscuriori et præcipue poris minutissimis æqualibus rotundis abunde diversus. Ceterum *Stipes* uncial 1. fere et subradicatus, sæpe flexuosus et *Pileus* ciliis marginalibus non rigidis oblitus.

153. *Polyporus nummularius*. *Disp. Bol. Mscr.* (*Bol. num. P.*)

*γ. minimus*, minutissimus, pileo plano subtus convexo, stipite centrali deorsum nigro.

In stipitibus *filicum*, *urticæ* etc. locis umbrosis humidis dejectis.

*Descr.* *Stipes* 1—4 lin. æqualis durus lignosus glaber subflexuosus læviusculus, superne flavescens inferne niger. *Pileus*  $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$  lin. nec ultra suberosus crassiusculus glaber lævis subnitens junior albidus demum flavescens, su-



perne planus, inferne convexus, *poris* minutis rotundis æqualibus pallidis.

**II. Labellum,** stipite laterali, manubrii instar elongatus (unde nomen: λαβη.)

154. *Obs.* Familia hæc cum priori sæpe confluit, ex. gr. *P. badius, varius* &c. qui nunc integri nunc dimidiati reperiuntur. Ad hanc sectionem de cetero pertinent: *Pol. frondosus, giganteus, platyporus, lucidus* &c.

**III. Acorus,** Dimidiati sessiles, stipite nullo.

155. *Polyporus croceus*, pileo dimidiato effuso-sessili subcarnoso subtomentoso lutescente, *poris* croceis.

*Boletus croceus.* *Pers. syn. p. 525. Obs. myc. I. p. 87.*

In Quercu cava in *Suecia* legi.

*Obs.* Optime demonstrat, quanta inter *Polyporos* et *Porias* affinitas; fungus enim meus Quercum nominatam lateri interiori totus obtegens, totus fere erat resupinatus et ad margines tantum reflexus, qualem *Person* descripsit.

156. *Polyporus chioneus*, pileo dimidiato sessili carnoso glabro porisque candidis.

In truncis putridis.

*Descr.* Sessilis subsolitarius. *Pileus* basi resupinato dilatatus utrinque subconvexus carnosus mollis albus 1—2 unc. junior subpubescens, dein glaberrimus, margine acuto. *Substantia* carnosa mollis aquosa candida. *Tubuli* 2 lin. sublongi *Porique* rotundi glabri candidi minuti tenues. Subodorus. P. *styptico* proximus; sed margo pilei concolor, nec cæspitosus et gibbosus &c. Magis affinis P. *destructori*, sed poris glabris &c. diversus.

157. *Polyporus amorphus*, acaulis subimbricatus difformis terrestris carnosus albus, poris difformibus flavescens.

In foliis dejectis *Pini Abietis* rarissime.

*Descr.* Cum P. *heteroclitio* comparandus. Polymorphus. *Pileus* carnosus subresupinato-reflexus subcæspitosus albus subpubescens odor subcupulæformis, margine acuto. *Tubuli* brevissimi flavescens, poris subrotundis difformibus flavescens. Forma *Mer. tremelloso* similis.

158. *Polyporus dichrous*, pileo sessili subimbricato molli coriaceo villosa albo, poris minutis subrotundis fusco-cinnamomeis.

*Boletus pelleporus*, *Bull. champ. t. 501.*  
f. 2. (*non differt.*)

Ad truncos fagineos, *Sueciæ*, *Galliæ* &c.

*Descr.* Thelephoræ obiter inspectus superne haud dissimilis. Cæspitosus, sæpe imbricatus basi effuso resupinato plurima specimina conjungente. *Pileus* coriaceus flexilis molliusculus (et hinc ab *P. conchato* Perf., cui affinis videtur, distinctus,) 1—2 unc. longus candidus villosus, hirsutiae alba adpressa, zonis elevatis subobsoletis concoloribus, margine acuto patente concolore. *Caro* tenax nivea. *Pori* minuti subrotundi æquales integri fulco-cinnamomei.

159. *Polyporus pubescens*, pileo sessili subimbricato carnofo-suberoso pubescenti albo, poris minutis subrotundis concoloribus.

*B. pubescens*, *Schum. Sæll. 2. p. 384.*

In truncis betulinis *Sueciæ*. *Daniæ*.

*Descr.* Gregarius subcæspitosus imbricatus. *Pileus* junior carnofo-suberosus dein suberosus pulvinatus 1—2½ unc. latus, crass. varia, albus subreniformis, zonis elevatis pubescentibus latiusculis variegatus, ceterum fere glaber, margine patente acute concolore l. lutescente (in meo numquam ferrugineo), subtus planus. *Pori* subrotundi albi, demum subflavescentes, minuti glabri.

160. Plures in parte secūda. Ceterum sequentes, ut Novitiæ Fl. Suecicæ, nominandi:

*Polyp. betulinus.* Bol. betulinus. *P. Fl. Dan.* t. 1254.

In truncis betulinis frequens.

*Pol. fraxineus.* B. fraxineus. *P. syn. Bull. champ.* t. 433. f. 1.

*Pol. ochraceus.* B. ochraceus. *Perf. syn. Schaff.* t. 269.

Hic in truncis populneis frequens; ille semel in trunco fraxineo visus ad Bökeberg in par, Femsiö.

*Pol. crispus.* Bol. crispus, *Perf. Obs. myc.* 2. p. 8. *Albert. et Schweiu.* l. c. p. 249.

In truncis fagineis.

*Pol. ribis.* Bol. ribi. *Schum. Sell.* 2. p. 386. (affinis fomentario, ut recte annotavit Re-bentisch.)

Suo loco frequens ad Lundinum.

*Pol. angulatus.* Bol. angulatus. *Schum. Sell.* 2. p. 388.

In truncis fagineis.

Et nonnullæ aliæ species e Schumacherianis, alio loco describendis, Ceterum conf. *Swartz* l. c.

## IV. PORIA. Resupinati.

161. *Polyporus laticrimus*, effusus crassus suberosus undulatus subpallefcens, poris demum prominulis inæqualibus, tubulis brevissimis.

In truncis fagineis dejectis muscolis. Difficile describitur distinctissima species. *Substantia* suberosa crassa albida inter zonata. *Pileus* resupinatus laticrime effusus ( $\frac{1}{2}$ —3 pedalis) firmus pallidus, tactus subobscurior; margine angulissimo albo sterili, sed non byssino, hinc inde libero, sæpius adnato. *Superficie* junior sæpe apora, dein poris hinc inde prominulis subliberis rotundis minutis punctiformibus, absque tubulis; demum tota porosa, poris variis, aliis elongatis angustis flexuosis, aliis rotundis, tubulis brevissimis cum pilei carne confluentibus.

162. *Polyporus xanthus*, effusus elongatus luteus, margine subnullo glabro, poris subrotundis obliquis, tubulis mediocribus.

In affulis semiputridis, serie elongata. Colore lætissime luteo ab omnibus differt. *Subiculum* subnullum. *Pori* ejusdem formæ ac *P. obliqui*, cui proximus, sed crebrius prominuli et subrotundi — 2—3 unc. longus,



2 lin. crassus, duriusculus et siccatus omnino immutabilis.

163. Speciebus hujus familiæ ab illustr. *Swartzio l. c.* descriptis, ut indigenæ, addendæ:

*Pol. salicinus.* — *Bol. salicinus.* *Perf. syn.* p. 543.

Suo loco in Scania, Smolandia.

*P. destructor.* — *B. destructor.* *Schrad. spic.* p. 166.

In domibus, Illustr. Prof. et Eques *Acharius.* et in truncis pineis.

*P. contiguus.* — *B. contiguus.* *P. syn.*

In truncis fagineis.

*P. molluscus.* — *B. molluscus.* *P. syn.*

Ad ligna pinea.

*P. epiphyllus.* — *B. epiphyllus.* *P. Obs. myc.* 2. p. 15.

In foliis dejectis; a priori sine dubio distinctus, sed variis aliis nimis affinis.

*P. byssinus.* — *Bol. byssinus.* *Schrad. spic.* p. 172. t. 3. f. 1.

In truncis pineis.

*P. subtilis.* — *B. subtilis.* *Schrad. l. c.* p. 173. t. 3. f. 2.

In trunco populi nigra.

*P. sanguinolentus.* — *B. sanguinol.* *Albert. et Schwein. l. c.* p. 287.

Ad truncos pineos.

*P. reticulatus*. — *B. reticul.* *Pers.* Mucilago retic. *Hoffm. Germ.* 2. t. 12.

Cum priori. &c.

**Obs.** *Fistulina (hepatica)*, me iudice, distinctum efficit genus.

## SISTOTREMA. *Pers.*

\*\*\* *Xylodon*.

164. *Sistotrema fallax*, interrupte effusum tenue, dentibus minutis acutis flavescenti-ochraceis, margine byssino albo. *Fries Nov. Fl. Suec.* p. 39.

In hymenio *Polyporis suberosi* parasiticum.

**Obs.** *Polyp. suberosi* hymenium adeo incrustans, ut pro *Hydri* species, nec *Polypori*, haberi posset, *Subiculum* membranaceum tenue, aculeis flavescenti-ochraceis minutis confertis acutis incisis, margine sterili byssino albido.

*L. c.* etiam descripta sunt *S. fagineum* *P. quercinum*, *P. et obliquum* *Albert.*

HYDNUM. *Linneè Pers.*

† *Stipitata* (Harum specierum monographia.)

\* *Suberosa*.

165. *Hydnum aurantiacum*, pileo azono aurantiaco l. albo-variegato, intus zonato stipiteque aurantiaco.

H. aurantiacum. Swartz in *Vet. At. Hand.* 1810. p. 247. — Albert et Schwein. l. c. p. 265. — Fl. Dan. t. 1439. (A tribus Auctoribus eodem fere tempore eodemque nomine, ut distincta et nova species {descriptam!})

Hydn. suberosum.  $\beta$ . aurantiacum. *Batsch. El. fung. Cont. 2. f. 222.*

Hydn. floriforme. *Schaff. t. 146. f. 4. &c.*

Hydn. hybridum. *Pers. comm. Schaff. p. 59. (exclus. nonnullis syn.)*

In silvis Femflönenfibus, ubi hoc et sequentia crescunt, optimæ mihi fuerunt occasiones has species observandi et quamvis, Botanicorum sententiæ ut placerem, hoc loco distinxerim, nullos inter hoc et sequens præcipue dari limites, mihi persuasissimum habeo. — Ceterum, ut in Synopsi Lichenum p. 103 optime monuit Cel. Prof. *Acharius*, non omnia, quæ confluere possunt, commiscere licet; ut nullus etiam dubito, quin magis erret, qui separet, quam qui conjungat.

Synonyma a plurimis Auctoribus nimis neglecta.

*Descr.* Swartziano l. c. optima (quare etiam ejus Synonymon primum attuli) sed in omnes status non quadrat. *Pileus* totus sæpe albus. — Ceterum Substantiæ internæ color certissimos semper mihi præbuit characteres.

166. *Hydnum compactum*, pileo azono flexuoso rugoso olivaceo-ferrugineo tomentoso, intus fusco et coeruleo variegato, stipite brevissimo.

*Hydnum compactum.* *Pers. syn.* p. 556. *Swartz in Vet. Ac. Handl.* 1810. p. 245. *Wahl. Fl. lapp.* p. 532.

*Hydnum floriforme.* *Schæff. t.* 146. f. 35. 147. f. 7. &c.

*H. suberosum* a. *spongiosum.* *Batsch. l.* 6. f. 221. a.

In silvis ericetosis muscosis.

*Descr.* Varium flegarium subconfluens. *Stipes* brevissimus durus crassus subtuberosus rigidus difformis subangulosus, sæpe subnulus. *Pileus* olivaceus l. ferrugineo-spadiceus, tomento concolore l. albido obtectus; aut turbinatus superne planiusculus subregularis læviusculus 1—2 unc. latus, aut dilatato-confluens terram crustæ instar obtegens conve-

xiusculus undulato - tuberculatus 3—6 une. margine inæquali, coelo pluvioso aqua repletus. *Caro* suberosa tenax coeruleo et fusco-variegata. *Tubuli* numerosissimi longiusculi sæpe obliqui spadicei fusci l. castanei.

167. *Hydnum ferrugineum*, pileo azono ferrugineo-rubro molli-suberoso, intus stipiteque elongato concolore.

*Hydnum hybridum*. *Bull. herb. t. 453.*

f. 2.

β. *glabratum*, pileo glabro.

In pinetis.

*Descr.* Gregarium nec confluens. *Stipes* duriusculus 1½—3 unc. subdifformis ferrugineus, intus concolor, rectus, basi vix incrassatus. *Pileus* molliusculus planus l. depressus obconicus l. sæpius dilatatus subconnatus villosus ferrugineus 1—4 unc. *Substantia* mollior ferruginea unicolor. *Sibuli* recti firmi tenaces longiusculi fusco-ferruginei.

Varietatem *Hydn. suberosi* ferrugineam etiam commemorat *Cel. Batsch*. Magis a præcedentibus differt; saltim ab *aurantiaco* distinctissimum.

168. *Hydnum pullum*, svaveolens, pileo subzonato sericeo tementoso, intus albo-coeruleo-variegato, stipite inæquali coerulescente.

*Hydnum pullum*. *Swartz l. c. p. 248.*



H, suberosum  $\gamma$ . cinereum, *Batsch, l. c.*  
f. 223.

In filvis, cum prioribus.

Species a præcedentibus optime distincta; sed cum H. *svaveolenti* magnam suspicor affinitatem, saltim bona descriptio ab *Albertini* et *Schweinitz l. c. p. 264* vix recedit.

*Descr.* Gregarium subconcrefcens suberosum obconicum svaveolens. *Stipes* brevis, unciam haud superans, plus minusve albido-coeruleus rigidus subtomentosus, basi sæpe bulbosus. *Pileus* turbinatus aut simplex aut cum vicinis coalitus difformis varie undulato-lobatus, junior sericeo-pubescent deinde glabriusculus subrugulosus albus l. sordide cinereus, rarissime in meis specimenibus fusco-olivaceus, ficans (nec viscosus, ut H. *svaveol.* describitur) planus l. subdepressus marginem versus sæpe obsolete zonatus. *Caro* pilei alba, zonis coeruleis variegata, stipitis unicolor coerulea. *Subuli* cæcio-violacei subcinerei tenues tenaces in stipite decurrentes.

169. *Hydnum nigrum*, inodorum, pileo azono coeruleo-nigro, intus unicolori stipiteque nigro.

In filvis abietinis densis *Suecia*. Optime distincta species.

*Descr.* Cæspitosum confluens difforme. *Stipes* suberosus uncialis radicans rigidus inæqualis, ex eadem basi plures et sæpe confluentes, niger, inferne tomentosus superne glaber, intus unicolor. *Pileus* suberosus, junior clavæformis dein turbinatus demum convexus planiusculus cum vicinis semper fere coalitus, hinc difformis rugulosus tuberculatus, coerulesco-niger, tomento concolore l. albedo vestitus, margine acuto concolori l. albedo. *Caro* crassiuscula dura unicolor nigra nec zonata, quo caractere a reliquis distinguitur. *Subuli* albidi tactu cinerascens tenaces breviusculi.

*Obs.* Minime H. *tomentoso* affinis species, ut e descriptione pilei forte quis suspicaret.

170. *Hydnum infundibulum*, pileo carnosissimo suberoso infundibuliformi spadiceo lævi, margine flexuoso-plicato, subulis albis demum badiis, stipite toruloso inæquali. *Swartz l. c. p. 244.*

In pinetis Sueciæ, rarius.

A prioribus abunde differt substantia, stipite 2—3 unc. deorsum angustato, pileo infundibuliformi &c. Ad sequentem sectionem transitum efficit. Semper *coriaceos* suberosis maxime affines esse credidi, sed aliud natura docuit. *Descr.* hujus dedit *Swartz l. c.*

## \*\* Carnosa.

171. *Hydnum coeruleum*, carnosum obconicum, pileo convexo coeruleo centro albedo, subulis albidis, stipite basi fusco. *Fl. Dan. t. 1374.*

In pinetis Norvegiæ. *Vahl.*

*Obs.* Speciebus dubiis adnumerare non debui, cum e figura distinctissimam esse speciem patet. Gregarium. *Stipes* brevissimus vix  $\frac{1}{2}$  unc., crassus  $\frac{1}{3}$ —1 unc. glaber lævis colore chocolatæ sursum in *pileum* 1—3 unc. violaceo-coeruleum convexum expallescentem crassum dilatatus. Aculei albi in stipite decurrunt. (*Quoad icon.*)

$\beta$ . *violascens*, carnosum-fibrosum sordide violaceum, pileo rugoso flexuoso sublobato tomentoso, margine albicante, subulis tenuibus acutis albis, stipitibus basi subtuberosis connatis longiusculis. *H. violascens. Albert. et Schwein. l. c. p. 265.*

In pinetis Germaniæ. *Albertini et Schweiniz.*

*Obs.* Prioris videtur varietas. Color stipitis (omnino), pilei ex albo-coeruleo variegati et subularum, consistentia, subuli &c. omnino conveniunt. Differt præcipue stipite elongato subtuberoso.

172. *Hydnum imbricatum*, pileo planiusculo umbrino squamoso, subulis albido cinereis, stipite abbreviato.

Hydn. imbricatum. *Linm. Suec. n. 1257* (cum descr. ad n. 1256) et *Auct.* — *Pers. syn. p. 554.* *Schæff. fung. t. 140.* *Sow. fung. t. 73.* *Fl. Dan. t. 176 & t. 1500.*

Hydn. cervinum. *Pers. Obs. myc. l. p. 74.* *Hall. helv. 2324. β.*

In pinetis autumnno frequens.

*Obs.* Illustr. a *Linné* non descriptiones proprias solum confudit, sed etiam synonyma ex. gr. *Erinaceus esculentus albus crassus Mich. Gen. t. 72. f. 2.* ad hunc fungum dubie pertinet; sed hujus synonymon e *Mic helio* est: *Erinaceus esculentus*, pileo superne veluti squamoso et fuliginoso, inferne cinereo, pediculo cum superna pilei parte ejusdem coloris. *Mich. Gen. p. 133*; nec in hunc quadrant synonyma *Halleri*, *Bauhini* et *Raji*; nisi, ut monuit *Haller l. c.* hujus speciei varietas sit.

*Descr.* Solitarium l. gregarium, nunquam cæspitosum. *Stipes* brevis uncialis crassus deorsum subangustatus glaber lævis firmus solidus cinerascenti-albidus. *Pileus* carnosus, junior convexus dein planiusculus, latisimus palmaris et ultra subfirmus umbrinus l. fusco-subcinereus squamosus, squamis apice

subreflexis imbricatis, centro erectis obscurioribus; versus marginem acutum pallidior. Caro albida. Subuli teretes acuti numerosissimi subtenaces recti l. rarius obliquialbidocineralescentes.

*Hydn. subsquamosum* *Batsch* (*El. fung.* p. III. f. 43. *Hydn. squamosum*. *Bull.* p. 310. t. 409) huic nimis affine videtur; distinctam tamen esse speciem urgent *Albert.* et *Schwein.* l. c. p. 264. Ipse vivum non vidi et nec ex *Iconibus* neque e *descriptionibus* sufficientes inveni characteres, quare ex hac monographia *Hydnorum stipitatorum*, a me rite cognitorum, exclusi.

173. *Hydnum repandum*, pileo carnoso subrepando flavo l. rufescente glabro, subulis subteretibus pallidis stipiteque difformi.

*Hydn. repandum.* *Pers. syn.* p. 555. *Obf. myc.* p. 90. *Schum. Sæll.* 2. p. 293.

a. *Denudatum*, pileo repando glabro lævi.

*Hydn. repandum*, pileo convexo lævi flexuoso, *Linn. Suec.* 1258. *cum syn. Mich. Dillen. et Hall.*; *sed descr. ad 1257 et Aucl.*—*Sow. fung.* t. 176. *Bull. h. t.* 172. *Fl. Dan. t.* 310.

a.) *Flavidum*, pallide luteum.

*Hydn. flavidum.* *Schæff. fung. t.* 318. *Erinaceus* esculentus pallide luteus. *Mich. Gen.* p. 132. t. 72. f. 3.

b. *Rufidum*, rufescens.

Hydn. rufescens. *Schaff. fung. t. 141.*  
fig. plur.

H. carnosum. *Batsch. El. fung. t. 26. f. 136.*

*Echinus* petiolatus subrufus, petiolo  
lævi. *Hall. helv. 2325.*

c. *Albidum*, pallidum.

H. medium. *Perf. Obs. myc. 2. p. 97.*  
*hujus sine dubio loci.*

β. *Squamosum*, pileo repando subsquamoso.

Hydn. squamosum. *Schaff. f. t. 273.*

H. imbricatum. *Bolt. f. t. 87. (excl. syn.)*

γ. *Intermedium*, pileo orbiculari regulari  
lævi.

*Boletus* pileolo pulvinate integerrimo  
&c. *Gled. meth. fung. p. 74. n. 6.*

Vulgare in fagetis et pinetis.

*Descr.* Fungus gregarius l. subcæspitofus, colore forma et superficie valde variabilis. *Stipes* irregularis flavescens glaber fragilis deorsum interdum incrassatus, longit. et crass. varia. *Pileus* difformis, in γ. regularis, flexuosus l. lobatus flavus, sed variat nunc ruber nunc albidus, lævis l. rugulosus, in β. subsquamosus, fragilis margine inæquali concolore; interdum dimidiatus. *Subuli* crassiusculi fragillimi flavescentes pallidi, nunc teretes integri, nunc incisi. *Substantia* carnosa pallide flava.



Plures ad hoc adhuc referri debent species ab Auctoribus descriptæ. Nec differt *H. carnosum* pileo convexoglabro rubello, aculeis griseis stipiteque subconcoloribus. *Gmel. Syst. Linn.* 11. 2. p. 1438.

174. *Hydnum rufescens*, pileo orbiculari rufescenti-subcarneo subtomentoso, subulis subcompressis incarnato-ochraceis, stipite cylindrico.

*H. rufescens. Pers. syn. p. 555. Obs. myc.* 2. p. 95.

*H. repandum. Bolt. fung. t. 88. (sec. Pers.) Meum fungum in fageto legi.*

*Descr.* Priori tantum affine, ut specie vix distinguendum; nec notæ, quibus distinguitur, sunt constantes. Differt: *Stipite* subæquali tenuiori albido, *pileo* regulari tenuissime tomentoso marginem versus interdum obsolete zonato, subulis sæpius incisus aliter coloratis.

175. *Hydnum lævigatum*, pileo carnosio convexo castaneo lævi, aculeis mollibus albido-cinereis, stipite inæquali elongato. *Swartz l. c. p. 243. — Mich. Gen. p. 132. t. 72. f. 1.*

$\beta$  *Coriaceum*, pileo coriaceo planiusculo lævi, aculeis tenacibus albidis, stipite æquali elongato.

$\gamma$ . *Brachypus*, pileo carnosio-coriaceo plano subdepresso lævi, aculeis tenacibus albido-cinereis, stipite brevi crasso.

In pinetis Suecicis  $\alpha$ ) legit Cel. *Schwartz*,  $\beta$ .  $\gamma$ . a me lecta sunt.

*Varietatem*  $\alpha$ . descripsit *Swartz* l. c. et ad hanc fungum meum pertinere vix credi. diffem, nisi Ipse illustr. vir specimina mea pro suo fungo agnovisset. Var.  $\beta$ . *Descr.* *Stipes* elongatus crass. pennæ anserinæ l. digiti minimi subcarnosus erectus 2—3 unc. glaberrimus æqualis solidus dilute cinereus. *Pileus* carnosus-coriaceus tenax flexibilis planiusculus glaber lævis azonus cinereus, margine sæpius flexuoso vario concolori. *Caro* tenuis alba tenax. *Subuli* numerosi tenues flexiles tenaces albi, siccati vero rufescentes.

Ab amic. *Forsandro* etiam observatum.

Var.  $\gamma$ . *Descr.* A priori differt: *stipite* brevi l. unc. longo et crasso subdiffirmi et medio interdum incrassato demum cavo (a vermibus forte perforato) *pileo* 3 unc. plano vertice subdepresso ruguloso, (a foliis pineis scil. obtectus) *subulis* albidis l. dilute cinereis.

### \*\*\* Pileo coriaceo.

176. *Hydnum melaleucum*, pileo convexo-plano subzonato glabro vertice scrobiculato umbilicato violaceo-atro, margine aculeisque albis.

*Hydn. melaleucum*, *Swartz* in litteris.

Hydn. n. sp. Swartz in *Vet. Ac. Handl.*  
l. c. post pulli descr.

H. pullum Schæff. *fung.* t. 272.

H. zonatum, Gmel. *syst. Linn.* 11. 2. p. 1438.

H. tomentosum,  $\gamma$ . atroalbum. *Albert.*  
*et Schwein.* l. c. p. 266. (descr. bona.)

H. cyathif.  $\beta$ . Schrad. *Spic.* p. 175. exclus.  
*Syn. Willd. Batsch. &c.*

In silvis abietinis muscosis rarissime.

*Descr.* Suberoso-coriaceum gregarium,  
rarius simplex, sæpissime difforme, stipitibus  
pileisque confluentibus. *Stripes* uncialis crass.  
pennæ gallinæ, vix anserinæ, tenuis elasticus  
glaber deorsum sæpe angustatus, sæpissime  
monstrosus e pluribus connatis ramosus com-  
pressus &c. ater. *Pileus* planus umbilicatus,  
sed non infundibuliformis, coriaceus zonatus  
coeruleo-niger l. violaceo-ater glaber vertice  
scrobiculato, margine albicante l. concolore,  
sæpius autem, quam maxime irregularis, plu-  
res connati l. imbricati lobati &c. etiam fere  
proliferi. *Subuli* albi, tacti subcinerascens,  
breves subtenaces, in stipite non decurrentes.

Egregia ab Auctoribus confusa species!  
et distinctissima tamen. In synonymis eru-  
endis summam posui operam, et allata vera  
esse spero.

177. *Hydnum tomentosum*, pileo plano-infundibuliformi zonato subcinereo vertice tomentoso, margine aculeisque albis.

*Hydn. tomentosum*, *Linn. Suec. p. 455 (cum descr.) et Florist. Suec. Pers. syn. p. 556. α. β.*

*Hydn. cyathiforme. Fl. Dan. t. 1020. f. 2. (excl. syn. Mich. et Hall. Schaff. fung. t. 139.*

*Descr.* Plurima specimina confertim sæpius crescunt, pileis stipitibusque subconcretis. *Stipes* prioris subbrevior vix unc. superans crass. fere pennæ anserinæ subglaber cinereus inæqualis basi subbulbosus l. firato subjacente subterraneo adnatus; cum plures connati sint, quam maxime irregularis. *Pileus* planus l. subinfundibuliformis subuncialis flaccidus nunc dilutius nunc obscurius sed semper constanter cinereus, centro obscuriori fusco-tomentoso, tomento brevi, fasciis discoloribus subzonatus, margine acuto patente albido. *Substantia* pilei et præsertim stipitis suberoso-coriacea subzonata. *Aculei* albi firmi breviusculi nec in stipite decurrentes.

*Obs.* *Hydn. tomentosum, Fl. Dan. 534.* ad hanc speciem non pertinet; sed forte potius varietas monstrosa *Hydni strigosi Swartz.*

178. *Hydnum scrobiculatum*, pileo infundibuliformi azono ferrugineo subpubescente, vertice colliculoso squamoso, subulis fuscorufescentibus, stipite glabro subæquali.

*H. cyathiforme*, exiguum coriaceum ferrugineum, stipite brevissimo, pileo primum suborbiculari, omnino echinato, demum infundibuliforme. *Bull. Champ. p. 308. t. 156. (hujus videtur loci).*

*H. cyathiforme*, gregarium pileo infundibuliformi fasciato fibroso elastico, stipite brevi *Gmel. syst. Linn. 11. 2. p. 1439. (excl. var. β. cinerea) Schrad. spic. p. 174. (excl. var. β. zonata)*

*Erinaceus alpinus minor discoides fulvo-ferrugineus. Mich. Gen. p. 132. t. 72. f. 7.*

In pinetis non infrequens.

Nomina Auctorum Specifica, quia illustrant fungum attuli.

*Descr.* *Stipes* brevis  $\frac{1}{2}$  unc. circiter, teres suberosus tenax elasticus subæqualis glaber fusco-rufescens, radice elongata radicans. *Pileus* valde infundibuliformis coriaceo-suberosus (sequentis multo minor sed crassior fere) junior subplaniusculus valde lobato-diformis vix concretescens subtilissime sericeus, vertice tuberculato-scrobiculatus squamoso-fibrosus, valde irregularis semper azonus. *Substantia* interna subsuberosa azona. *Subuli* tenues fragiles densi fusco-rufescentes nec in stipite decurrentes.

Magna cum sequenti, præcipue quoad colorem, affinitas, ut dubius hæserim, utrum conjungerem l. separarem. Separandum tamen est; characteres constanter servat et a sequenti magis differt, quam *rufescens* a *repando* et *aurantiacum* a *compacto*. Ceterum incredibilem in hoc Genere confusionem, Botanicorum conjungendi studio ortam, distinguendo tollenda, nec confundendo augenda; nec illustrat rem, qui varia ob similitudinem commiscet.



179. *Hydnum concrescens*, pileo plano-infundibuliformi ferrugineo-cinereo l. spadiceo-zonato glabro striato, subulis fusco-nitidis, stipite tomentoso inæquali.

H. *concrescens*. *Perf. syn.* p. 556. *Obs. myc.* 1. p. 74 (*exclus. syn.*) Swartz 1. c. p. 246. *Alb. & Schwein.* 1. c. p. 266.

H. *zonatum*. *Willd. her.* 1242. *Batsch El. Fung. Cont.* 2. p. 111. f. 224.

Erinaceus caespitosus coriaceus ferrugineus superne circularibus striis excavatus &c. *Mich. Gen.* p. 132. 6.

Erinaceus infundibulum imitans coriaceum colore ex fulvo-ferrugineo, pileolo desuper veluti fericeo(?) & striis circularibus excavato. *Mich.* 1. c. 4. t. 72. f. 4. *vix differt.*

In pinetis satis frequens.

Deser. vide Sw. 1. c.

A. priori differt: *Stipite* longiori basi bulboso unciali inæquali s. bventricoso ferrugineo-tomentoso, rarissime deorsum glabro; *pileo* juniore infundibuliformi, demum excavato-planiusculo coriaceo glabro, vertice non colliculoso, sed radiato striato colore e zonis obscurioribus variegato, subulis cinereis, dein fuscescentibus subtenacibus &c.



180. *Hydnum auriscalpium*, pileo coriaceo dimidiato spadiceo, stipite tomentoso.

*H. auriscalpium*. *Linn Suec.* n. 1260. *cum syn.* *Perf. Syn.* p. 557. *Comm. in Schæff.* p. 55. *Schæff. f. t.* 143 *Bull. h. t.* 481 *f.* 3. *Curt. Lond.* t. 190. *Fl. Dan.* t. 1020. *f.* 1. *Bolt.* *f. t.* 90.

Erinaceus parvus hirsutus ex fusco-fulvus pileolo semiorbiculari, pediculo tenuiori. *Mich. Gen.* t. 72. *f.* 8. *Hall. helv.* n. 2321.

Fungus erinaceus parvus in conis abietis nascens. *Buxb. cent.* 1. t. 57. *f.* 1. *Buxb. Hall.* 129. c. fig.

$\beta$  *bicolor*, pileo dilutiori. *Alb. l. c.* p. 267.

In silvis passim in conis pineis.

$\beta$  in abiegnis tantum legi.

Deser. Subsolitarium. *Stipes* 2--3 unc. firmus flexibilis sursum attenuatus crassit. pennæ gallinæ erectus tomentosus spadiceo-niger, basi cortice tomentoso-spongioso *Pileus* dimidiatus lateralis; sed suborbicularis, excisus, lobis haud raro circumscriptis, coriaceus tenax flexibilis fusco-spadiceus l. badius, junior sæpe ferrugineus & pallidus, convexiusculus tomentosus  $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$  unc., margine patente acuto interdum

flexuoso, lateribus sæpe hymenioque dilutionibus. *Subuli* spadicei longiusculi filii.

\*\*\*\* Pileo gelatinoso.

181. *Hydnum gelatinosum*, albido-g'aucum, stipite laterali.

*H. gelatinosum*. *Perf. Syn* p. 560 *Swarz* l. c. p. 249. *Scop. carn.* 2. p. 472. *Jacq. austr.* t. 239. *Alb. G. Schwein* l. c. p. 263. *a. G. β. dichroum*, nec differt *Schaff.* f. t. 144 145, quod

*H. clandestinum*. *Gmel. Syst. nat.* II. 2 p. 1439.

*H. crystallinum*. *Fl. Dan.* t. 717.

Ad truncos putrescentes pineos, præsertim abiegnos.

Deser. Gregarium gelatinosum (suum carnosum dicit *Schæffer*.) *Stipes* lateralis brevis aquoso-pallidus mollis teretiusculus subæqualis glaber l. tenuissime papilloso-pubescent. *Pileus* junior sublinguiformis l. obovatus demum cordato-reniformis aliasve formæ ascendens l. horizontalis  $\frac{1}{2}$ —2 unc. subdiaphanus plus minusve planiusculus cinereo-glaucus l. aqueose albidus, superficie tenuissime ruguloso-papillosa. *Subuli* dilutiones albidæ subdistincti pyramidati molles nec fragiles.

Variat pileo difformi subfessili.

182. *Hydnorum stipitatorum species mihi dubie:*

1) *H. suaveolens*, pileo rugoso viscoso subto-  
mentoso, aculeis violaceis, stipite brevi crasso.  
*Scop. carn. 2. p. 472. Alb. & Schwein 1.*  
*c. p. 267.*

An varietas *pulli* Sw.?

Obs. Pileus dicitur coriaceus; sed habi-  
tus *Hydni compacti*.

2) *H. cinereum. Bull. champ. t. 419.*

Ad *H. scrobiculatum* retulit *Gmelin* sed vix  
recte quoad iconem. Forte distinctum l. to-  
mentoso proximum.

3) *H.* — Erinaceus non vescus ramosus niger.  
*Mich. gen. p. 70. c.* Desideratur descriptio  
aculeorum &c., forte ad *H. nigrum* l. *mela-*  
*leucum* referendum, illo vero, secundum *Gle-*  
*ditschium* l. c. propius accedere videtur.

4) *H. album* — Erinaceus esculentus albus  
crassus. *Mich. Gen. 1. c. f. 2.* secundum  
*Hallerum* varietas est *H. imbricati*.

De *H. subsquamoso* *Batsch* ad *H. imbrica-*  
*tum*, pro cuius subspecie habeo, meam attuli  
sententiam.

183. *Species paradoxæ* l. falso ad *Hydnum stipitata* relata:

1) *H. lactescens* HaH. *Helv.* 2323.

*Hydni species vix est.*

2) *H. spadiceum*. Perf. — Swartz l. c. p. 232. &

3) *H. sublamellosum*. Bull. t. 453. f. 1.

*Sistotrematis species sunt.*

4) *H. tomentosum*. Fl. Dan. t. 534. Ceterum, ut species falsæ, plurimæ nominari possent, quæ l. ex aliis compositæ sunt l. quorum differentia in folis nominibus consistit. Has ad species ad quas pertinent, annotavi.

### ††† Odontia.

184. *Hydnum pinastri*, resupinatum flavescens membranaceum, margine byssino albedo, aculeis obliquis subadnatis. *Sistotrema pinastri*. Fries *Nov. Fl. Suec.* 2. p. 38.

In ligno pineo putrido.

Descr. Resupinatum interrupte effusum membranaceum leviter adnatum, junius villosum, dein reticulatum, demum aculeatum glabrum, margine byssino. *Aculei* acuti subinte-

gri flavescentes longiusuli, sed subiculo adpressi & fere adnati.

185. *Hydnum fusco-atrum*, resupinatum late effusum ferrugineo-fuscum glabrum, subulis distinctis nigris. Fr. l. c. p. 39.

In ligno dejecto fagineo putrido.

Obs. Hujus, sequentis, *crustosi* &c. descr. l. c. dedi.

186. *Hydnum Agardhii*, effusum subcarnosum albidum glaberrimum intus viridescens, aculeis minutis obtusis, apice rubis. Fr. l. c. p. 39.

In truncis abiegnis ad terram dejectis.

## THELEPHORA P.

187. *Thelephora (Cort.) maculeformis* adpressa pallide rosea, junior subrotunda, pseudo-papillo unico, mox confluens, margine glaberrimo.

In cortice ramulorum.

Obs. A *Theleph. fallaci* omnino distincta & *Th. levi* & *rosea* affinior; sed margine glaberrimo distincta. *Pileus* effusus crustiformis tenuissimus membranaceus glaberrimus dilate & eleganter roseus, statu simplici vix lin., subrotundus mox confluens difformis 2-4

lin. *Papilla* unica centralis a nodulis corticis orta, in speciminibus confluentibus plures, ceterum lævissima.

188 *Thelephora odorata*, fraveolena suberoso-membranacea glabra læviuscula confluens pallida.

Ad truncos abiegnos destructos putridissimos.

Desc. Resupinata effusa tota arcte adnata suberoso-membranacea crassiuscula glaberrima (etiam in margine) albida l. exalbido-alutacea l. subrufescens 1—2 unc. confluens 4—5 unc. læviuscula, papillis rarissimis. Odor gratus, fere *B. odorati*, cum quo affinitatem habet, licet abunde distincta.

189. *Thelephora amphibolia*, effusa tenuis brevis fuscescens subalutacea, papillis sparsis majusculis.

In hymenio *Boleti suberosi* tantum, sed sæpe legi.

Obs. Inodora & tota arcte adnata color, pallescens. A *Sistotr. fallaci* omnino distincta.

190. *Thelephora ochracea*, effusa latissima subtenuis ochracea, papillis sparsis irregularibus majusculis.

In ligno abieguo putrido.



Obs. A *Th. granulosa* P. vere distincta. Tota aretissime adnata, longissime & atissime effusa pedalis & ultra. Margo nunc glaber nunc hyssinus villosus. Papillæ ab asperitatibus ligni ortæ videntur.

191. *Thelephora gigantea*, maxima difformis subibera glabra lactea, margine sublibero glaberrimo.

Th. lactea Schrad. *Spic.* p. 186 (quoad diagnos brevissimam hujus quidem loci; sed *Th. lactea* P. longe alia est species.)

Supra corticem *Pini sylvestris*.

Descr. Membrana 5—9 unc. longa lataque maxime difformis truncos leviter adherens flexibilis undulata, sine vestigio papillarum, contigua, utrinque margineque glaberrima lactea.

Obs. Species maxime singularis. An distincti Generis?

192. *Thelephora confluens*, subrotunda arete adnata lævissima contigua glabra, margine adnato.

*a. alba.*

*β. lævissime flava.*

Th. lucida. Achar. *Sec. Spec.*

Ad ramos beaulinos, raro.

Defec. Membrana lævissima contigua vix unquam uncialis ramos arctissime adhærens subrotunda ætate confluens irregularis utrinque margineque glaberrima. *Color* nunc albus nunc late flavus, detritus immutabilis, nec fuscescens l. inquinans.

193 *Thelephora cretacea*, effusa humida farinoso-cretacea alba subinquinans.

*Theleph.* calcea  $\gamma$ . *Perf. Syn* p 581.

*Corticium Sambuci.* *EjUSD. disp. meth.*

p 31.

Ad truncos *Sambucinos* frequens, in *Pineos* rarior.

Obs. vere distincta species.

194. Varietatas novæ notabiliores specierum descriptarum.

*Theleph. frustulata*  $\beta$ . *tessulata*, crassissima tessulata cinnamomea, pulvere concolori oblecta.

In ligno ad terram dejecto.

*Theleph. hirsuta*.  $\delta$ . *decipiens*, effusa resupinata glaberrima lævigata aurantiaca.

In truncis horizontaliter dejectis.

Obs. Facillime pro distincta haberi posset specie.

*Th. laciniata*.  $\beta$ . *permutata*, effusa resupinata, papillis marginalibus sparsis.

195. *Thelephora corrugata*, effusa erectissime adnata tenuis rimosissimo-corrugata lurida, papillis nullis.

In ligno decorticato.

Obs. Facile rugis suis, a rimis ortis, distincta species, sed color difficiliter determinatur. Proxime tamen accedit *luridum*, quale in *K. Vec. Ac. Handl.* 1813 t. 4. f. 11. Cl. *Billberg* delineavit. Irregulariter effusa, 2—3 unc. glabra.

196. *Thelephora Pini*, effusa duriuscula subtenuis rimoso-partita glabra ferugineo-fusca, papillis irregularibus.

*Theleph. Pini*. *Schleicher*.

Ad truncos *Pini sylvestris* in Helvetia, Suecia.

Obs. Specimen, quod ex Helvetia possideo, a Suecico non differt. Ceterum frustulis tenuibus, glabritie, colore &c. a reliquis affinibus facile distinguitur.

197. *Thelephora evolvens*, junior subrotunda clausa, dein evolvens tuberculiformis, extus margineque pallida tomentosa, disco glabro obscuriori. Tab. 10 f. 12. b.

In ramis & truncis betulinis rarissimam & distinctissimam speciem invenit mecumque liberalissime communicavit ill. Prof. & Eques *Acharius*.

Descr. Vera omnino *Thelephora* species; sed more crescendi a reliquis quam maxime differt, nec alii quidam mihi notæ affinis. Primo tuberculum subrotundum convexum villosum pallidum sistit, dein magis magisque evolvitur & copularis fit  $\frac{1}{2}$ —1 unc. disco dilatato glabro subincarnato livido, primo lævi, dein subrugoso; extus margineque involuto pallide tomentosa. Papillas veras non vidi.

## STEREUM.

LINK.

in *Berl. Mag.* 1809 p. 39. f. 32.

198. *Stereum rubiginosum*, imbricatum rubiginoso-spadiceum subglabrum, papillis majusculis.

*Thelephora rubiginosa*. *Pers. et Auct.*

Singularem hujus legimus varietatem quæ, cel. *Achario* per litteras monente, forte est *Thei. fuliginosa* Schleich. & diximus.

$\beta$ . *corriciatum*, effusum resupinatum papillosum confluens concentricè zonatum.

Ad truncos quercinos ad terram horizontaliter dejectos.

---

## MERISMA.

192. *Merisma cavulare*, erectum coriaceum rufo fuscum inodorum pulverulentum, basi subtuberosum, sursum dilatato-ramosum, ramulis subconcoloribus. Tab. I. f. I.

In siveis abiegnis *Sueciæ*. Ad Åker Amic. *Heslin*. Ad Femsiö *Ipse*.

*M. anthocephalo Swartz in K. Vet. Ac. Handl.* 1811. p. 84 affine; sed diversum videtur. (Conf.  *Ic. Bulliardii* cum nostra)  $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$  uncial. fusco-ferrugineum, basi subtuberosum. *Stipes* deorsum angustatus subteres sensim compressus digito-ramosus. *Rami* pulvere concolori conspersi complanati inæquales, apice subtriangulati concolores.

---

## CLAVARIA. LINN.

200 *Clavaria suecica*, ramosissima erecta ochraceo-incarnata opaca, caule crassiusculo deorsum albido-tomentoso, ramis multifidis acutis.

In pinetis abiegnis muscosis *Sueciæ*, sæpe frequens.

Descr. Gregaria ochracea L. ochraceo-rufescens. *Caulis* crassiusculus (non tamen ad crassicaules pertinet) solidus mollis brevis sculus æqualis, basi tomento fibrilloso abdo radicans, 3—4 lin. crassus erectus numquam decumbens. *Rami* 1—1½ unc. laxiusculi flexibiles suberecti glaberrimi solidi, intus aquosi, multifidi acuminati.

Obs. — *Cl. gracili* P. proxima; sed vere distincta.

201. *Clavaria byssifeda*, varia ramosa, albida, radiculis byssoideis concoloribus insidens. *Cl. byssifeda*. *Perf. Syn.* p. 593. *Obs. myc.* l. p. 39. *cum. descr. breviss.*

*Ramaria fimbriata*. *Holmsk. ot.* p. 98. *cum ic.*

In ligno dejecto quercino.

Descr. Species valde polymorpha & habitu singulari. Junior *Himantia alba* similis; sed ramulis furcatis spinulosis differt. *Truncus* non quidem crassus; sed ramis simul sumtis sæpe crassior, albus subglaber, basi radiculis albis byssoideis pubescentibus insidens. *Rami* stricti recti albi breves subsimplices acuti.

Meum fungum numquam rufescentem vidi.



202. *Clavaria rugosa*, ramosa albida, caule tenui, ramis simplicibus rugosis difformibus incrassatis.

Clav. rugosa. *Pers. Syn. p. 594. Comm. p. 57 cum syn.*

In pinetis Femsiönensibus; satis frequens in Suecia.

Descr. Majuscula albida gregaria variabilis, junior subsimplex. *Caulis* brevis angustus (ramo singulo subangustior.) glaber solidus sublaevis. *Rami* pauci difformes saepe connati incrassati glabri rugosissimi, juniores laeviores, solidi 1—2 unciales subobtusii. Substantia mollis.

De numerosis hujus varietatibus conf. II. ec. Hujus alia varietas laevior est *Cl. rugosa* Fl. Dan. t. 1301. quæ in nostris silvis cum *δ. hercynica* P. crescit.

Optimam Clavariarum Suecicarum monographiam dedit Cel. *Swartz in Vet. Ak. Handl. 1811.* Desiderantur species descriptæ, *Cl. helveola*, quam legi in ericeto ad Jonstorp in Hallandia, *Cl. palmata* &c.

---

## GEOGLOSSUM P.

203. *Geoglossum difforme*, nigrum viscosum, clavula nitente compressa demum curvata difformi.

In pinetis locis graminosis. Sept. Octbr.

De fr. Gregarium interdum subcaespitosum 2—unciale totum nigrum viscosum, nec villosum l. squamulosum.

Stipes  $\frac{1}{2}$  unc. subcompressus, non elasticus.

Clavula nitens complanata obtusi subcurvata difformis stipiti longior laevigata, intus cinereo-nigricans, a stipite subdiscreta.

Clavula junior subcanaliculata.

A *Geogl. glutinoso* & *viscoso* in Nov. Fl. Succ. l. c. descriptis, abunde differt.

Non in omnibus *Geoglossi* speciebus stipes a pileo discretus, ut apud *Link* l. c. p. 40; ex. gr. in *G. viscoso*. &c.

## MITRULA PERS.

disp. meth.

Pileus stipitatus (*Leotia Link.*) ovatus l. cylindricus undique thecigerus, stipitem distinctum erectissime ambiens.

204. *Mitrula Todei*, stipite elongato capillari albido glabro, pileo sublineari flavo.

Chordostylum *Clavaria*, erectum tenacissimum simplex, stipite capillari glabro flexuoso, capitulo pyriformi coriaceo. *Tode Fung. Meckl.* l. p. 37. t. 6. f. 55.

In stipibus locis humentibus dejectis, præcipue in Filicibus & frondibus *Pteridis aquilinae*. Aug. Septemb.

Obs. Vera omnino me judice, *Mitrulae* species, quamvis habitu peram recedat. Fungis mycoroideis nullo modo adnumerari potest; sed de synonymo *Todei* vix dubius sum.

Vix hujus loci reliquæ *Chordostyli Todei* species.

Reliquæ species Suecanæ sunt *M. Hederi*, *Ludvigii*, *Dicksonii* & *Bulliardii*, quæ vero tres ultimæ nimis affines.

205. Characteres Generum affinium:

1. *Mitrula Pers.* disp. meth. Fr. (*Leotia Link.* *Leotia* sect. 1<sup>ma</sup> *Pers. Syn.*)

Vide supra.

2. *Leotia Pers.* — Fr. (*Leot.* sect. 2<sup>da</sup> *Pers. Syn.* *Helotii* species *Link, Swartz.*)

Pileus stipitatus orbiculatis plano-convexus margine revolutis, inferne thecigerus.

Ab Helotiis abunde differt fructificatione inferna, a qua pagina sporulæ fumi instar avolantes nudo oculo videri possunt.

Species Suecane sunt: *L. circinans* P. *lubrica* P.  $\beta$ . *tremula*, *marcida* P. & *truncorum* Alb. & Schwein.

- 3) *Verpa Swartzii* (Leot. sect. 3tiæ *Perf.*)  
Pileus stipitatus lavis æqualis conicus inferne thecigerus.

Inferne etiam fructificat, sec. observationes  
Ipsius *Swartzii*.

Spec. Suec. V. *candida* Sw. & *conica*,  
(*Phallus conicus Fl. Dan.*)

## RHIZINA. FR.

Pileus sessilis bullatus convexus, supra thecigerus, subtus concavus fibrillis pluribus radicatus (*unde nomen.*)

206. *Rhizina undulata*, undulata fusca subtus pallida.

*Helvella acaulis. Perf. Syn. p. 614. Obs. myc. 2 p 20. Alb. & Schwein l. c p. 298.*

*H. inflata. Schæff. fung. t. 153*

In silvis sabulosis & deustis in Smolandia ad Femsiö &c.

Caro fragilis albida. Subtus concava albida læviuscula glabra, fibris pluribus crassiusculis simplicibus albis radicata.

207. *Rhizina lævigata*, convexa læviuscula, subtus pallida.

Octospora Rhizophora, *Hedw. Descr. musc. frond.* 11 p. 15 t. 5 f. a.

*Peziza rhizophora*, *Willd. Ber. n.* 1170.  
*Phallus acaulis* *Batsch.*

In silvaticis; etiam in *Suecia*.

Obs. Friori valde affinis. Utriculi (theæ) in mea non ita prominent, ut in *icone Hedw.*

Obs. Medium Genus inter *Helvellam* et *Pezizam*; his vero propius accedit, ut jam monuit *Cel. Link*; sed distinctum genus.

---

## PEZIZA. LINN.

I. *Burcardia*. Gelatinosæ s. *Tremellosæ*.

Obs. Proprie ad hanc sectionem tantummodo referre vellem *P. inquinantem* *P.* (*Tr. Agaricoid.* *Retz.*) *P. Burcardiam* *P.* (*Lycoperd. truncatum* *Linn. sec. Hall in Vet. Ac. Handl.* 1812.) *P. puram* *P.* (*Fries Nov. Fl. Succ.* p 21) & *clavum* *Albert.*; reliquas tamen ut heteroclitas & intermedias heic militantes reliqui. *Pez.*

tamen *Gelatinosa* P. (Tr. *sagarum Retz*) & *sarcoidis* P. ad Tremellas venosas forte potius reducenda. Plurimas novas species possideo; sed alio loco cum iconibus illustranda.

208. *Peziza viridi-nigra*, majuscula carnofo-gelatinosa virescenti-nigra subglobosa, disco cupulari concolori.

*P. atrovirens*. *Summa Veg. Scand.* p. 63. (nec. *Perf.*)

In ligno pineo putrido autumnno pluvioso, rara.

a *P. atrovirente* differt: Substantia firmiori, magnitudine, colore magis opaco subnigro, forma globosa urceolato-cupulaeformi: intus concolor est.

209. *Peziza rubella*, minuta carnofo-tremellosa rubra subconvexa, margine demum flexuoso-ferrulato.

*P. rubella*. *Perf. Syn.* p. 635.

In ligno putrido fagineo legi. Rarior Fungus.

Descr. Gregaria sessilis tremellosa minuta tota glabra pallide incarnato-rubra, subtus planiuscula nuda laevis, supra convexa, margine primum integro dein ferrulato flexuoso.



II. *Aleuria*. Extus farinosæ s. *Helvelloidei*.

210. *Peziza badia*, magna sessilis subflexuosa intus obscure brunnea, margine extusque dilutior, basi farinosa.

*P. badia*. *Perf. Obs. myc.* 2 p. 78. *sine descr. Syn.* p. 639.

*P. cochleata*. *Bolt. Fung.* t. 99. (bana).

In silvaticis locis graminosis *Suecia*, *Aglicæ* *Germaniæ* &c.

*Descr.* Pulchra species; omnino digna, quæ describatur. 1—2 unc. lata,  $\frac{1}{2}$ —1 unc. alta, cupularis difformis subflexuosa intus glabra lævis obscure brunnea l. cinnamomeo-rufa, margine inæquali in junioribus subinflexo, extus dilutior subglabra & basi tantum farinosa subtilissime villosa (sub lente).

*P. fascicularis* Alb. & Schwein an ad sect. V referenda? crescit in *Suecia*.

III. *Lachnum*. Extus villosæ.

*Pezizæ* hujus *Familiæ* hoc caractere facile distinguuntur.

V. *Dermea*. Coriaceæ glabræ.

211. *Peziza mycophila*, gregaria minuta planiuscula pallide virescens. *Nov. Fl. Suec.* p. 21.

In Agaricis putrescentibus ex, gr. *Ag. adu-  
sto* &c.

Descr. Coriacea sessilis minuta glaberrima, junior concava viridis margine æquali integro; dein planiuscula virescenti-albida subconfluens difformis.

212. *Peziza leucostigma*, gregaria minuta alba disco subcinerascenti.

In ligno nigricante fagineo, in quo ut granula alba apparet.

Descr. Sessilis coriacea minuta gregaria concava junior punctiformis, dein subapplanata, alba disco subcinerascente, exsiccata subflavescit, margine orbiculari integro  $\frac{3}{4}$ — $1\frac{1}{4}$  lin. lata.

213. *Peziza abietis*, cæspitosa rugosa opaca fordide nigra rotunda aut subcompressa, oris inflexis. *Perf. Syn.* p. 671.

Quam in ramis exsiccatis *pineis* legi, parum differt, hinc describenda:

Cæspitosa coriacea sessilis subglabra opaca nigra. *Cupula* subcompressæ rugosæ difformes subconfluentes, oris integris conniventibus. Cæspit. 2—3 lin.

Obs. Numerosissimas ceterum Floræ Suevicæ Novitias ex hoc Genere legi, in *Vet. Ac.*

Handl. 1812 non allatas. Ex. erint *Peziza*  
*brunnea* Alb. & Schw., *P. pura*, *P. gelatinosa*  
*P. sarcoides* *P. turbinata* Vahl, *carnosa* V. *au-*  
*rea* *P. applanata* Hedw. *macropus* *P. carbonaria*  
 Alb. & Schw. *fascicularis* Eorund. *villosa* *P.*  
*clandestina* *P. Rosa* *P. marginata* Schum. *Phiala*  
 Vahl, *ciborium* Vahl, *tuba* Bolt. *faginea* *P. con-*  
*fluens* *P. umbonata* *P. atrata* *P. compressa* *P.*  
*hysterium* *P. populnea* *P. prunastri* *P. trunca-*  
*ntla* *P. Verrucaria* Alb. & Schw. *subhirsuta* Sch.  
*flava* Schum. &c.

214 *Peziza lecideola*, minuta gre-  
 garia subconfluens concava nigra, crustae cine-  
 rascenti insidens. Tab. IV. f. 2. a. b.

In Helvetia ad terram supra folia pinea  
 dejecta.

Descr. *Cupulae* minutae punctiformes  
 glabrae concavae margine subobtusō, in juni-  
 oribus æquales, dein subconfluentes irregulares,  
 omnino pezizoidæ; sed crustæ effusæ cinera-  
 scenti tenui, a solo, cui innascitur, inæquali  
 insidentes & hinc Lecideis, quam maxime affi-  
 nis; sed ad has non referendam esse, docuit  
 summus Lichenologus Cel. *Acharius*.

215. *Peziza xanthostigma*, minuta

subgregaria orbicularis concava flavescenti-aurea coriacea glabra.

In ligno *Pini Abietis* putrido in Polonia.

Cupulis tenuissimis coriaceis minoribus margine orbiculari integerrimo a *Pez. aurea*, cui proxima, & colore cupulisque magis concavis a *P. leuco-stigmate* distincta.

---

## † PHACIDIUM. FR.

Pileus innato-fessilis subplaniusculus epidermide (*nigra*) demum rupta involucratus, e thecis oblongis subprominentibus compositus.

216. *Phacidium coronatum*, margine epidermidis ruptae crenato, disco pallide flavescenti.

*Ascobolus coronatus* Schum. Sell. 2 p. 437.

*Xyloma Pezizoides*. Pers. Syn. p. 105.

Is. pict. t. ~~10~~<sup>18</sup>. f. 1.

*Peziza comitalis*. Sov. Fung. t. 118.

*P. viridis*. Rolt. Fung. t. 119. f. 1.

*Sclerotium quercinum*. Fl. Dan. t. 1380.

In foliis dejectis *Quercinis*, *Fagineis*, *Betulinis*, *Alneis* &c.

Fungus distincti Generis, hinc nunc ad hoc, nunc ad illud est relatus. A *Xylomatis* propriis (vide *Link in Berl. mag.* 1. c. p. 35)

omnino differt & cum thecæ in superficie demum sunt collocatæ & sporidia in his seriatim disposita ad fungos proprios (*Link l. c.*) referri debet. Ex his, ut optime jam observavit *Cel Schumacher* Ascobolis proxime accedit; sed pluribus characteribus & toto habitu differt. Ad *Scieromycos* tamen transitum efficit.

217. *Phacidium integerrimum*, margine epidermidis ruptae integerrimo, disco pallide lutescenti.

In caule plantæ cujusdam aridæ semel legi.

*Desfer.* Priori affine; sed minus, margine epidermidis integerrimo cinctum & hinc quasi patellatum. *Color* præced.

Hujus Generis etiam forte aliæ *Xylomatis* species *Auct. ex gr. X. salicinum* P. disco concolori, epidermide rupta, sporidiis funi instar avolantibus &c.

## SPHÆRIA. P.

### II. *Peripherica.*

218. *Sphæria repanda*, subcupulæformis nigra, subtus corrugata, margine repando, stromate albo, sphaerulis papillatis. *Tab. I. f. 5. a b. c.*

In fruncis *forbeis*.

De ser. Nulli alii speciei affinis. Gregaria; sed non confluens, subcupulæformis oblonga  $\frac{1}{2}$ —1 unc., extus nigra, subtus quam maxime corrugata, supra laevis; sed papillis sphaerularum tuberculosa. Sphaerulae periphericae (in cupulam supernam) oblongo-lineares, strumato albo suffultæ.

219. *Sphæria connata*, turbinato-substipitata cinerascens mox nigra, supra planiuscula sphaerulifera, dein latissime confluens.

In fago cava copiose legi.

De ser. Suberosa gregaria, junior subcinera, mox nigra, 2—2 $\frac{1}{2}$  lin. alta, supra plana 2—4 lin. lata, turbinato-substipitata, stipite crasso brevi, dein vero plurima specimina plane confluunt & stipes fere evanescit, ad marginem tamen Sphaeritæ hujus latæ effusæ videtur. Sphaerulae majusculæ prominentes paucae in disco superiori positæ.

Obs. Hæc & antec. species a reliquis hujus sectionis differunt: sphaerulis tantummodo supernis; sed hæc a modo crescendi pender.

220. *Sphæria multiformis*, subeffusa varia opaca fusco-rubiginosa intus obscure nigra, cortice non disseparabili, sphaerulis prominentibus.



*Sphæria argillacea*. Pers. ic. pict. t. 3.  
f. 1—3 (quoad ic.)

Polymorpha; sed numquam globosa, ut  
*Sphær fragiformis*.

Varietates præcipuæ sunt:

*α. Sph. coarctata*, erumpens gregaria convexa elongata utrinque attenuata rufo-fusca, spherulis sublatentibus. Tab. 1. f. 2. a. b. c.

Ex epidermide *Berule albe* transversim erumpit, forma lanceolata distincta, locis vero decorticatis fit.

*β. dilatata*, superficialis effusa confluens planiuscula, spherulis prominentibus. Tab. 1. f. 3.

In truncis betulinis.

Ab his magis recedit:

*γ. alnea*, erumpens crassa varia subnigrescens, spherulis prominentibus papillatis.

In truncis alneis cortice crasso tectis.

Forma in omnibus varietatibus a loco, cui innascitur, pendet.

Diagnosis *Sphæriæ fragiformis*, subglobosa confluens miniato-rubiginosa intus atro-nitens, cortice disseparabili (*decidua*), spherulis papillatis. — *Sph. rubiginosa*, in truncis fagineis Sueciæ vulgaris, huic vix affinis. —

221. *Sphæria argillacea*, subglobosa argillacea l. lutescenti-cinerea, intus fuscescenti-nigra, sphærtulis prominentibus papillatis. *Tab. 11. f. 5. a. b.*

*Sph. argillacea. Pers. syn. p. 10. Alb. & Schwein. l. c. p. 4.*

In truncis betulinis legi.

Obf. *Sph. fragiformi* & *multiformi* maxime affinis & colore præcipue differt. Sphærule ut in *multiformi*. Cum vero Icon Perfooniana (*Icon pict. t. 3. f. 1—3*) colore a nostra omnino recedat, colore & magnitudine naturali depictam sistit *Tab. 1. f. 4. a. auctam. f. 4. b.*

222. *Sphæria rhodogramma*, erumpens subseriato-confluens convexiuscula rosea, sphærtulis latentibus. *Tab. 1. f. 4. a. b.*

In truncis dejectis fagineis.

Descr. Pulcherrima species, cum *Sph. rhodogramma* P. comparanda, cui tamen vix affinis. Erumpens suberosa rosea subpulverulenta intus nigricans, junior subrotunda 2—3 lin. longa, dein seriato-confluens  $\frac{1}{2}$ —1 unc. subirregularis magis explanata convexiuscula. *Sphærule* periphæricæ, ostioliis latentibus.

---

## III. COMPOSITÆ.

223. *Sphæria Mezerei*, erumpens orbicularis planiuscula intus concolor, ostioliis papillatis prominentibus.

*Sph. Mezerei. Schleich. sec. spec. Helv.*

In ramis emortuis *Daphnidis Mezerei*, in Helvetia, Suecia (*Forsander.*)

Obs. *Sphæria disciformi* nimis affinis, in qua ostiola, negante licet *Persoonio*, etiam sæpe prominent; sed hæc minor est, ostioliis confertioribus & substantia interna nigra.

224. *Sphæria rubra*, epiphylla orbicularis rubra, margine glabro, ostioliis subimmersis obscurioribus.

Xyloma rubrum. *Pers. syn. p. 105. Obs. Myc. 2. p. 101. Schum. Sæll. 2. p. 179. Alb. & Schw. p. 64.*

In foliis *Pruni spinosæ & domesticæ* æstate & autumno frequens.

Vera omnino *Sphæriæ* species & *Xylomatis* l. *Æcidiis* nullo modo affinis, ut omnes voluerunt Auctores.

225. *Sphæria Xantha*, epiphylla subirregularis ochraceo-flava, margine glabro, ostioliis immerfis obscurioribus.

*Sph. ochracea*, *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 518

*sec. spec. Lapp.* (excl. syn. *Perf.*)

*Xyloma aurantiacum*, *Schleich. sec. spec.*

*Helv.*

In foliis *Pruni Fadi* frequenter.

Priori nimis affinis; differt tamen forma minus orbiculari, colore & ostioliis rarioribus magis immersis.

Ne cum *Sph. ochracea* P. l. *aurantia* Ejusd. confundatur, nomina Auctorum trivialia mutare coactus sum.

226. *Sphæria Ulmi*, epiphylla convexa nigra, ostioliis numerosissimis papillatis.

*Sphæria Ulmi*. *Schleich. exsicc.*

In foliis *Ulmi campestris* dejectis putridis, in *Suecia*, *Helvetia*.

Obs. Vix alii affinis. Sub epidermide folii crescere incipit & hac tecta cinerascens apparet. Habitus fere periphæricarum; sed intus cava & stromate caret. Hinc ad sect. 4tem pertineret. 2—3 lin. lata.

Specimina *Suecica*, a *Cel. Swartzio* liberalissime missa, ab *Helveticis* nullo modo differunt.

---

## IV. MONOSTICHÆ.

227. *Sphæria atro-purpurea*, effusa  
 applanata atro-purpurea, sphæru-  
 lis ovatis, osti-  
 olis papillatis.

*Sph. atropurpurea.* *Tod. Fung. Meckl.* 2.  
 p. 32. t. 13. f. 106. a—d. *Rehent. fl. Neom.*  
 p. 324.

In ligno fagineo putrido in Suecia meum  
 legi fungum.

Distinctissima quidem species, quam *Sph.*  
*rubiginosa* varietatem esse suspicatus est *Cel.*  
*Persoon* & *Sph. stigmatis* *Cel. Schuma-*  
*cher.* Neutri tamen affinis, vixque *Cl. Tode*  
 Ipse fungum perfectum vidit. Ad latitudinem  
 3—5 unc. effusam legi, colore plus minusve  
 atro-purpureo, sphæru-  
 lis adultis prominulis,  
 apice planiusculis papillatis.

*Sph. Macula* *Tod.*, in ligno fagineo  
 Sueciæ etiam crescenti, proxima quidem, sed  
 omnino distincta; nec hæc cum *Sph. stigmati*  
*P.* conjungenda, ut voluit *Cel. Schumacher.*

228. *Sphæria Ostruthii*, epiphylla mi-  
 nuta difformis, sphæru-  
 lis crustæ cinerascenti  
 immerfis subconfluentibus.

In averla parte foliorum *Imperatoria Ostru-*  
*thii.*

*Sphæria Anethi* vere affinis & forte non differt *Sph. Podagrariae* Roth. Nudo oculo maculam nigricantem & irregularem sistit; sub lente vero crusta tenuis cinerascens, cui sphaerulae nigricantes subimmerse, apparet.

---

## V. TUBERCULATÆ.

229. *Sphæria extensa*, subrotunda nigra, stromati late effuso cinereo-nigro innata, ostiolis oblongis opacis depresso perforatis. Tab. 3. f. 2. a h.

*Sph. extensa.* *Achar.*

In ramis arborum, rarior. (in *Sorbo*).

Species optime distincta.

---

## VII. CÆSPITOSÆ.

230. *Sphæria elongata*, cæspitibus inæqualibus seriatim undique confluentibus, sphaerulis nigris disco planiusculis annulatis papillatis, intus concoloribus faretis.

In ramis dejectis fagineis, primo vere.

Descr. Pulchra species. *Cæspites* maxime polymorphi. rarissime subrotundi æquales distincti, plurimi seriatim erumpentes longissime undique confluentes, & ramulos sæpe an-



bientes. *Stroma* (receptaculum P.) tenue nigrum.

*Spharula* globosæ nigræ solidæ læves, apice depresso. planiusculæ linea depressa annulata subpapillatæ.

*Leator*. 231. *Sphæria rufo-fusca*, cæspitibus subrotundis æqualibus, sphæruis rufo-fuscis intus albidis cavis depresso-umbilicatis. Tab. IV f. 3 a—d.

*Sphæria berberides*. *Schleich. sec. spec. a cel. Achario miss.*

In ramis exsiccatis, *Berberidis* forte, in Helvetia.

Descr. *Sphær.* appendiculatæ proxima & *Sph. berberidis* vix affinis. Cæspites subrotundi distincti haud magni convexi 2—3 lin. *Stroma* tenue nec appendiculatum glabrum. *Spharula* subrotundæ læves cavæ umbilicatæ rufescenti-fuscae intus albidæ. — Variat cæspit. confluentibus.

232. *Sphæria conglobata*, cæspitibus subglobosis minutis, sphæruis solidis nigris ovatis astomis subrugulosis.

In ramis betulinis, rarior.

Descr. Inter minores hujus sectionis & tuberculatis sat similis; sed sphæræ liberæ

sunt. *Cespites*  $1\frac{1}{2}$ —3 lin., e sphaerulis valde prominentibus, subglobosi nigri æquales distincti. *Stroma* subconvexum tenue. *Sphaerula* minutæ astomæ ovatæ l. globosæ opacæ tenuissime corrugatæ.

## VIII. SIMPLICES.

### I. MACROSTOMÆ.

*Sph. platystomas* P. sub *Lophio* retuli.

233. *Sphaeria excipuleformis*, sphaerulis nudis ovatis nigris lævibus ostiola cylindrica æquantibus. *Tab. IV. f. 5. a—c.*

In cortice arborum frondosarum *Aceris*, *Fraxini* & Æstate.

Obi. Forma ovata, ostiolo brevi crasso (sphaerulis etiam nonnumquam breviori) & loco natali a reliquis hujus sectionis facile distincta. Proxima *Sph. biformi* β, in qua tamen sphaerulæ globosæ sparæ pilosæ & ostiola conica, capsula breviora.

234. *Sphaeria capillata*, sphaerulis subnudis minutis ovatis nigris; ostiolis rectis fetaceo-capillaribus.

In fungis suberosis, ex. gr. *Boleto pini cola*, ad terram dejectis.

Defec. *Sphærule* nunc nuda, nunc subimmerfa ovata nigra nitida duriuscula lævis, bafi omnino glabra, minuta vix 1 lin. lata, *Oftiolo* longiffimo fetaceo concolori fubrecto; fed minime ftricto.

235. *Sphæria roftellata*, fphærule congestis nigris fubrotundis fupra depressis umbonatis, oftiolis cylindricis obtufis hifpidis. *Tab.* III. f. 3. a—e.

In caulibus dejectis. *Acharius*, qui nomen & iconem dedit.

Species polymorpha. *Sphærule* primun hemifphæricæ oftiolo papilliformi (f. b), dein vero elongantur (f. d.) Variat etiam oftiolis pyramidatis (f. c) & collapsis (f. e.)

2. BRACHYSTOMÆ (♂ *astomæ*).

236. *Sphæria rhodomelas*, fphærule confertis fubrotundis patellatis nigris, cruftæ tomentofæ rubræ infidentibus.

In trunco *Pyri Mali*.

*Sph. rofellæ* Alb. & Schw., quam femel tantum in fuecia vidi, valde affinis. Crufta eadem; fed *Sphærule* maxime differunt & in *S. rhodomel.* funt patelliformes, margine integerimo, nigræ &, ni fallor, *astomæ*.

237. *Sphaeria nigrella*, sphaerulis ovato-globosis laevibus nigris, maculae elongatae concolori innatis, ostioliis distinctis perforatis. *Tab. IV. f. 4. a—c.*

In caulibus plantarum ex. gr. *Galeopsidis* &c rarior.

De ser. Macula elongata  $\frac{1}{2}$ —1 unc. tenuissima glabra laevis. *Sphaerulae* oblongae basi applanatae (hinc ovato-globosae) nigrae nitidae laeves glabrae ostioliis pertusis l. umbilicatis. (f. c. dissecta.)

Cum *Sph. herbarum* P. aliisque in macula heterogena parasiticis non confundenda.

238. *Sphaeria malina*, sphaerulis sparsis minutis rubris astomis, maculae aurantiacae immerfis. *Tab. II. f. 3. a. b.*

In pomo *Pyri Mali* vivo semel tantum vidi.

Macula  $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$  unc. lata tenuissima, sensim dilatata. *Sphaerulae* immerfae & parum tantum prominent, oblongo ovatae roseo rubrae.

239. *Sphaeria palmicola*, gregaria nigra nitida glabra convexa, demum umbilicato-perforata.

In epidermide fructus *Coccoes nuciferae* ex India Orientali allati.

Descr. Inter minores, subimmersa. Color præcipue sub lente nitidus. Irregularis est & hinc diagnofin e speciminibus perfectis defumfi. Eisdem locis maculæ fordidæ nigricantes opacæ obfervantur, quæ caute deftinguendæ.

240. *Sphæria refinae*, fphæruis fubimmerfis globofis glabris lævibus aurantiaco-rubris afcomis.

In refina Pini Abbiëtis. *Swartz.*

Obf. Minuta punctiformis fubfolitaria, humectata gelatina albida farcta. Non confundenda, cum:

*Lecidea refinae*, crufta tenuiffima membranacea contigua cinerafcenti, apotheciis fparfis feffilibus concavis flavo rubris.

Quam in eodem loco ad Femfjö legi.

241. *Sphæria? crifpa*, gregaria fubconfluens, fphæruis convexo-applanatis crifpato tuberculofis afcomis nigris.

Sph. crifpa. *Achar. cui fpec. debeo.*

Ad corticem arborum in Lufatia. *Mofig.*

Obf. De loco dubius fum. Nifi Lichenis fpecies, quod negat Lichenologus fummus; fphæriis proxima. 1—2 lin. & plures demum confluent.

242. *Sphæria umbonata*, gregaria subconfluens, sphæruis convexiusculo-applanatis lævibus nigris papillatis.

In ligno fagineo putrido.

Descr. Tota nigra (etiam intus) orbicularis ligno adplanata disco convexiusculo papillato. *Papilla* minuta punctiformis.

243. *Sphæria applanata*, sparsa, sphæruis concaviusculo-applanatis nigris intus concoloribus astomis, disco demum subrugoso.

In lignis emortuis.

Descr. Primo obtuta Pezizæ cuidam planæ similis. Astoma intus & extus nigra junior tenuissime concava submarginata lævis; dein vero convexiuscula immarginata atra, margine orbiculari lævi, disco subruguloso.

244. *Sphæria sepicola*, gregaria, sphæruis subrugosis nigris intus subalbidis cavis, ostiolis minutis impresso-punctatis, sæpe nullis.

In caulibus *Rosarum* emortuis. *Swartz.*

*Ipsæ.*

Obs. *Sphær. herbarum* forte proxima; sed sphæruis cavis, ostiolo &c. differt. Sub epidermide crescit & hinc junior tecta. In nonnullis observavi ostiola subperforata, in aliis nulla, quod cum multis aliis commune, quam



ob causam Astomas cum Brachystomis conjunxi; etiam forte paucissima l. nulla vere astoma sunt, quamvis ostiola nondum detecta. Hæc disponendi methodus species maxime affines, ex gr. *Sph. rosellam* & *rhodomel.*, nimis etiam removet.

245. *Sphæria Lonicera*, aggregata, sphaerulis globosis superficialibus nigris intus albicantibus, disco depresso pezizoideo.

In caulibus aridis *Lonicera Peryclymeni*.

Descr. Affinis *Sph. patella*; sed abunde diversa: forma subglobosa, disco pezizoideo profunde depresso, margine obtusissimo orbiculari subconnivente, disco laevi astoma, strato interno tenuissimo albicaute, magnitudine feminis *Papaveris*.

246. *Sphæria mycophila*, subconfluens, sphaerulis convexis superficialibus fragilibus nigris subnitidis papillatis, ostioli oblongis dein deciduis perforatis.

In fungis suberosis putridis.

A *Sph. pulveracea*, *peritusa* aliisque firmo caractere ægre distingvitur. His tamen nullo modo affinis. *Perithecium* nigrum nitidum laeve glabrum convexum tenuissimum fragillimum intus cavum.

247. *Sphæria pithya*, gregaria varia; sphaerulis subrotundis nigris intus concoloribus solidis lævibus superficialibus astomis.

In cortice *Pini sylvestris*, vulgaris.

β. *Strobilina*, polymorpha junior subapplanata, rugulosa.

In siccabilis dejectis *Pini sylvestris*, frequens. Forma irregulari & loco natali præcipue distincta species. Inter minimas.

248. *Sphæria Hederae*, epiphylla sparsa, sphaerulis superficialibus convexis nitidis nigris, ostiolo albo distincto pertuso. *Tab. IV. f. 6 a—c.*

In foliis *Hederae Helicis*. Vere.

Descr. Pulcherrima. *Sphaerulae* innatae orbiculares convexae glabrae laeves nigrae nitidae. *Ostiolum* distinctum album pertusum, subfarinulosum; sed in junioribus subobsoletum. —

*Sphaerulae* demum magis applanatae, ostioli umbilicatis nudis subnigris.

In foliis *Hederae* etiam vigent: *Sphæria Dematium* β. P. *Mucor Dematium* Fr. *Sphæria punctif.* β. P. &c. (In horto Lundenfi)

249. *Sphæria Taxi*, gregaria minuta, sphaerulis convexis subimmersis nigricantibus, ostiolo truncato albo.

In ramulis & foliis *Taxi baccatae*, per totam annum; sed specimina ostioli instructa vere tantum vidi.

Affinis priori; sed omnino distincta. Multo minor & color nudo oculo cinerascens.

Non confundendum cum *Xylomate Taxi*. Fr. a quo ostiolo truncato albo, nec pertuso ut in præc., differt.

*Sph. Hederae, Taxi, atrovirens* Alb. & Schw., quæ omnes in horto Lundensi adsunt, tribum naturam efficiunt.

250. *Sphæria parella*. Tod.

Hujus, in caulibus herbarum vulgaris, varietatem vidimus, quæ:

β *Xylaria*, minor, disco lævi, non plicato, papillato.

In lignis exficatis duris, rarior.

251. *Sphæria ocellata*, sparsa, sphæru-  
rulis plano-concavis opacis nigris, margine orbiculari albo cinctis.

In ramis *Betulae nanae* emortuis exficatis in Smolandia.

Epidermidem subelevat & in ambitu albam reddit, qua nota facile distinguitur hæc species. Margo vero albus ab incauto pro *Sphæria* & *sphærule nigra* pro ostiolio haberi posset

quo facto vix differret *Sph. melastoma*. Re-  
bent. — Sapius astoma, & papillam mini-  
mam in disco observare semel tantum mihi  
contigit.

252. *Sphæria speirea*, sparsa, sphæ-  
rulis planis immerfis opacis nigris orbiculari-  
bus immarginatis astomis, in foliis vivis para-  
siticis.

In foliis vivis *Ægopodii Podagrariæ*.

Cum *Sph. Ægopodii* P. & *Podagrariæ* Roth.  
loco convenit; neutri vero affinis. Macula  
enim nulla & sphæraulæ sparsæ planæ, qua nota  
etiam a *Sph. maculiformi* differt. Differunt  
quoque:

1. *Sph. punctiformis*, sphærulis subniti-  
dis, disco subumbilicatis, loco in foliis emor-  
tuis &c.

2. *Sph. applanata*, sphærulis 3 — plo &  
ultra majoribus superficialibus submarginatis,  
disco demum ruguloso, loco &c.

3. *Sph. Glechomæ* Schleich. (sec. spec.  
Helv) sphærulis majoribus rotundis superficia-  
libus, minime nigricantibus.

253. *Sphæria alnea*, epiphylla sparsa,  
sphærulis minimis convexis nigris opacis, osti-  
olo albo, demum collapsis concavis.

In foliis putridis *Betula Alni*.

Folia, quibus hæ spherulæ minimæ inna-  
seuntur, subalbicant. — Sub Microscopio deter-  
minanda & nihilo tamen minus characteres  
difficillime ex his atomis eruuntur.

Ostiola tantum in adultis adsunt. Magis  
a *Sph. Hederae* & *Taxi* differt, quam e descrip-  
tione crederes.

254. *Sphæria macularis*, epiphylla,  
spherulis minutissimis subrotundis atomis ni-  
gris, maculæ cinerascenti tenuissimæ insiden-  
tibus.

α *populnea*, macula cinerascenti. Tab. II.  
f. 4. a. b. c.

In foliis populneis dejectis.

Spherulæ nudo oculo inconspicuæ fere.

β *grisea*, macula grisea subradiata.

In foliis betulinis.

Affinem speciem, in foliis *Allii* crescen-  
tem, nuper misit Cel. *Swartz*, Fautor sum-  
mus; sed magnitudine maxime diversa. (*Sph.*  
*allicina*)

---

## NÆMASPORA. P.

255. *Nemaspora hyalosperma*, tuberculo tenui, cirrhis hyalinis.

*N. hyalosperma.* *Achr.*

Ex America boreali, ad ramos crescens.

Obs. Inter minores species, tuberculo tenui epidermide corticis, parum bullatim elevati, rupta cincto. Cirrhi in specimine meo nulli adfuerunt.

256. *Nemaspora melasperma*, tuberculo tenui, cirrhis solitariis nigris crassiusculis.

*N. nigra.* *Rebent. fl. Neom. p. 340*

In ramis betulinis emortuis fungum meum sat frequenter legi.

Obs. Tuberculum, licet tenue, adest.

*A. N. juglandis & faginea* Schum. cirrhorum forma & a reliquis colore differt.

*N. grisea* a *N. leucosperma* parum differt.

## SPÆRONEMA.

Fr. Tab. 11. f 6—8 a—k.

(*Sphæriæ globiferae* P. Tod. *Calicii spec. Ah.*)

Receptaculum nullum (in nonnullis tamen hypothallus heterogenus adest). Perithecium receptaculiforme varium, sæpius stipitiforme cy-



lindricum. *Gelatina* in globulos demum fati-  
scentes erumpens.

257. *Sphaeronema cladonisca*, peri-  
thecio cylindrico simplici l. ramoso, globulo  
minuto punctiformi albo. Tab. II. f. 7. c—f  
*magn. auct.*

Calicium cladoniscum. *Achar. syn. Lich.*  
p. 61. *Lich. univ.* p. 241.

In lignis putrescentibus Helvetiæ, Lusa-  
tiæ, *Sueciæ*.

Obs. Hypothallus tenuissimus albidus  
sæpe deest. *Observ. in Lichen. Univ. Add.* p.  
673 forte ad *Sphaeron. aliam* pertinet. Hanc  
fistit. Tab. II. f. 6. a, b.

258. *Sphaeronema ventricosa*, peri-  
thecio simplici ventricoso compresso nigro, glo-  
bulo minuto punctiformi cinereo. Tab. II.  
f. 8. m. a.

Calicium ventricosum. *Achar. l. l. c.*

Ad corticem arborum in Lusatia.

Specimina cumjcone Cel. *Achario*, Fau-  
tori summo, debeo.

Obs. Perithecium vix lin. attingens.  
*Hypothallus* cinerascens in hac specie semper  
fere adest. Colore & perithecii & hypothalli

globalisque, perith. cylindricis &c. sequens  
differt species.

259. Reliquæ hujus Generis species:

3. *Sph. acrospermum.*

*Sphæria acrosp.* *Tod. Fung. Meckl. 2.*

P. 47.

*α. nigra.* *Tod. l. c. t. 15. f. 119. Alb.*

& *Schwein. p. 50.*

*β. tricolor.* *Tod. l. c. f. 120.*

4. *Sph. cylindrica.* —

*Sphæria cylindrica.* *Tod. l. c. p. 42. t.*

*15. t. 114.*

Etiam in Suecia frequens. Primus legit

*Cel. Prof. Agardh.*

5. *Sph. acicularis.*

*Sphæria dubia.* *Tod. l. c. p. 45. Alb. &*

*Schwein. l. c. p. 50.*

6. *Sph. subulata.*

*Sphæria subulata.* *Perf. syn. p. 94. Tod.*

*l. c. p. 44. t. 15. f. 117.*

Vulgaris in Suecia.

7. *Sph. conica.*

*Sphæria conica.* *Tod. l. c. p. 43. t. 15.*

*f. 116. Alb. & Schwein. p. 51.*

In Suecia etiam visa.

8. *Sph. parabolica.*

Sphæria parab. *Tod.* l. c. p. 43. t. 15.  
f. 115.

9 *Sph. hemisphærica.*

Sphæria hemisphæric. *Alb. & Schwein.* l.  
c. p. 51. t. 8. f. 8.

In Suecia.

10. *Sph. versiformis.*

Sphæria versiformis. *Alb. & Schwein.* l.  
c. p. 52. t. 9. f. 3.

Genus habitu & firmis characteribus optime distinctum. Affinitatem quandam cum Næmasporis habet. *Sphæria penetrans* *Tod.* (*S. patella* *P.*) *S. peziza* *T.* & *gelatinosa* *T.* (*pallida* *P.*), *Perfoonio* jam monente, hujus Generis non sunt.

---

## ACTIDIUM. Fr.

Tab. III. f. 1. e, f.

*Receptaculum* nullum *Perithecium* sphaericum solidum, rimis pluribus radiatis. *Gelatina* nulla.

260. *Actidium Acharii.* Tab III.  
f. 1. a.—f. *Sphæria stellulata.* *Achar.* *see. spec.*

In ligno emortuo Ostrogothiæ. *Acharius.*

In ramis *Rhamni frangulae* in Hallandia.

*Ipsa.*

Nudo oculo Sphaeriae cuidam minutae similis. Substantia interna Hysteriorum, quibus propius accedit, quam Sphaeriis.

## LOPHIUM. Fr.

(*Sphaeria Macrostomae*. P.)

*Receptaculum* nullum. *Perithecium* compressum l. subglobosum solidiusculum, *Ostiole* sublatissimo rimaeformi cristato. *Gelatina* subindurata.

261. *Lophium fallax*, perithecio basi semiglobofo farcto, sursum cylindrico nigro, ostiolo lato aperto.

*Sphaeria fallax*. *Perf. syn.* p. 90.  *Ic. & descr.* 2. t. 10. f. 11. 12. *Wahlenb. fl. Lapp.* p. 522.

In ramis & lignis exsiccatis.

Obs. Ceterum ad hoc Genus referendae omnes *Sphaeria macrostomae* *Perf.* — Inter Sphaerias & Hysterias medium est; his forma & characteribus externis, illis substantia accedit. In nonnullis tamen haec etiam cum Hysteriis fere convenit. Omnes Sphaeriae nostrae ostiolo

æquali instructa sunt, & hinc hoc genus a me non temere esse distinctum, spero.

*Hysterium mytilinum* P. & *pedicellarum* Schum. etiam affinia sunt.

---

## HYSTERIUM. TOD.

262. *Hysterium varium*, superficiale nigrum subelongatum varium, labiis subobsoletis discoque concoloribus.

In ligno exsiccato quercino durissimo, rarissimum.

Descr. Habitus a reliquorum recedit. Magnum; sed nudo oculo tamen *Sphæriæ* cui-dam immaturæ similis. *Forma* nunc rotunda, nunc oblonga, sæpius elongata. *Labia* sub lente distincta apparent, rugosa opaca demum confluentia & discum convexulum difformem formant.

263. *Hysterium melaleucum*, superficiale nigrum oblongum læve, labiis subconniventibus albis. Tab. II. f. I. a. b. c. d.

In foliis *Vaccinii Vitis idææ* emortuis copiose.

Descr. Pulchra & optime distincta species. *Perithecium* nigrum læve oblongum sub-

triquetrum linea transversali alba notatum, quæ sub lente *Labia* alba distincta lævissima.

264. *Hysterium pulchellum*, superficiale nigrum ovale læve, labiis distinctis virescenti-flavis Tab. II. f. 2 a—d.

In foliis *Vaccinii Vuis idææ* putridis, rarissime.

A priori omnino distinctum, forma ovali (nec triquetra) juniore concava, labiis distinctis aliter coloratis &c.

Huic proximum *H. versicolor* Wahlenb.; sed sec. spec. Lappon. omnino diversum.

265. *Hysterium elongatum*, superficiale elongato-lineare opacum nigrum, labiis convexis læviusculis.

*H. elongatum*, oblongo-lineare acutiusculum tumidulum striatum. *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 523. *excl. syn. Pers.*

In ramis salicinis — *Rhamni Frangulæ* in Hollandia.

*H. pulicari* P. et *fraxineo* P. valde affine, ab utroque tamen diversum videtur. Ab hoc enim situ superficiali, forma magis angustata et ab illo forma, labiis læviusculis (etiam in spec. mea Lapponica) &c. differt.



266. *Hysterium graphicum*, superficiale radiato ramofum curvato - flexuofum difforme nigrum, radiis demum distantibus concoloribus.

In cortice *Pini sylvestris*, femel (fed copiofe) legi.

Defcr. Quoad habitum *Opegraphis* fimillimum; fed cruffa nulla et perithecia omnino *Hysterii*, quamvis ramofa radiata, qua nota a reliquis differt haec fpecies. *Labia* juniora diftincta fubconniventia, dein diftantia, difco dilatato opaco, demum tenuiffima. Majufculum.

267. *Hysterium fticticum*, immerfo-erumpens minutum punctiforme oblongum acutum, labiis tenuiffimis fub-convexis.

In ligno putrido in Helvetia.

Obf. *Stictibus*-affine; fed hujus fine dubio lo.i. Minutie et forma a reliquis immerfis differt. Sub lente determinanda; fub nudo enim oculo ut puncta cinereo-nigra apparet. *Labia* convexifcula laevia. *Perithecium* fubnullum, hypothallo tenuiffimo albicanti immerfum.

268. *Hysterium ellipticum*, immer-  
sum nigrum minutum ellipticum, labiis te-  
nuissimis planiusculis.

In cortice crassiuscula lavigata *Pini sylve-*  
*stris*. *Acharius*.

Priori affine; sed diversum videtur. Hy-  
pothallus plane nullus. Sub nudo oculo caesio-  
nigrum, sub lente nigrum perithecio tenui sub-  
nullo, labiis planiusculis laevibus.

269. *Hysterium viride*, erumpens  
elongatum subpulverulentum viride, perithecio  
labiisque subnullis.

In ligno dejecto quercino putrido passim.

Dubia species, ob formam huc relata. *Pe-*  
*rithecium* proprium non vidi nec labia; ligno  
enim prominente cinctum, *Discus* viridis, ju-  
nior subpulverulentus; dein dilatatus. Ob sum-  
mam cum *H. pezizoidi* Wahlenb. affinitatem  
huc retuli. Species illa dubia *H. viride* Alb.  
et Schw. hujus forte status imperfectus.

*H. pezizoides* W. et *Sorbi* Ejusd. in Sue-  
cia australi etiam sunt lecta.

*H. tuberculiforme* Schum. non est vegeta-  
bile. Varias adhuc species, *H. Berberidis*, *Co-*  
*tini*, *Aucupariae* &, ex Helvetia favore Cel-  
*Acharii* possideo; sed parum differunt duo.

ultima ab *H. petiolaris* Alb. et Schw. aliisque  
et *H. Berberidis* ad *Xylomata* nimis accedit.

## LEPTOSTROMA.

Fr. Tab. I. f. 6 b.

*Receptaculum* nullum *Perithecium* tenuissimum effusum maculæforme disco subumbonatum. *Ostiolum* gelatinaque nulla.

270. *Leptostroma sphaeroides*, orbiculare dilatato-tenuissimum, disco convexulo lævi.

In caulibus Herbarum majorum ex. gr. *Cherophylli bulbosi* &c.

1—1½ lin. Ob discum latius umbonatum *Sparia* sub simile; sed defectu gelatinæ ostioli et fere perithecii differt.

Obs. Medium Genus inter *Hysterium* et *Xyloma*; ab utroque nimis differt perithecio subnullo. Affinia sunt *Hysteria* sine perithecio vero et hujus forte Generis.

271. *Leptostroma hysterioides*, oblongum nigrum varium, disco substriato carnuloso.

In caulibus variarum plantarum ex. gr. *Euphorbia palustris*, *Pæonia* &c.

Forma ovali oblonga distinctum.

272. *Leptostroma xyloides*, subrotundum varium nigrum, disco ruguloso. Tab. I. f. 6 a. b.

In caulibus Herbarum, praecipue *Scirpi lacustris*.

*Xyloma macula* olim dixi.

273. *Leptostroma filicinum*, elongatum nigrum difforme, disco laeviusculo tenui. In stipitibus *Osmundae regalis* &.

✕ X Y L O M A. P.

274. *Xyloma Leptostroma*, epixylum tenuissimum nigrum subrotundum, dein irregulariter ruptum.

In Caulibus *Vaccinii Vitis idae* emortuis.

Bene distincta species; sed habitu &c. *Leptostromatis* propius accedit. Cortex vero exterior reliquorum Xylomatum epixylorum instar rumpitur, ut de genere nullum sit dubium — 1 lin. latum.

275. *Xyloma Montinae*, epiphyllum orbiculare clausum planiusculum nigrum, intus fuscescens.

In Capite Bonae spei in foliis *Montinae acris*. Dedit Cel. *Acharius* sub nomine *Sphaeria caffra*.

Inter majores species, 2 l. latum orbiculare, nudo oculo laeve, armato ruguloso. Colore interno optime distinctum.

276. *Xyloma Lonicerae (rubiforme)*, epiphyllum compositum orbiculare sparsum convexum nigrum tuberculosum, tuberculis prominentibus. Tab IV. f. 7. a—c.

In Helvetia ad folia *Lonicerae*. Sub hoc nomine liberalissime communicavit Cel. *Acharius*.

Descr. Pulcherrima species. *Tubercula* astoma nitenti-nigra laevia in acervos orbiculares æquales convexos 1—1 $\frac{1}{4}$  lin. latoſ sparſos conglomerata. An cum sequenti ad *Sphaerias* referendum?

*X. rubiforme* potius dicendum.

277. *Xyloma betulinum*, epiphyllum compositum angulato difforme confluens planiusculum nigrum tuberculosum, tuberculis punctiformibus.

In foliis *Berulae albae* semivivis autumnis, frequens in Suecia.

Descr. Priori quidem affine; sed certissime distinctum. *Forma* juniorum punctiformis, in adultis confluentibus maxime inæqualis. *Perithecia* 1—2 lin. lati, dein verò

confluentia, planiuscula nigra superne punctato-tuberculosa.

278. *Xyloma Solidaginis*, epiphyllum maculæforme orbiculare cinereo-nigrum, peritheciis simplicibus subglobosis aggregato-confluentibus.

In pagina inferiori foliorum vivorum *Solidaginis Virgaureæ* in monte inter *Kungibacka* et *Tölo* in Hallandia boreali tantum legi. Aestate.

Descr. Cum *Xylomate punctato* P, cui tamen sec. specimina mea e Germania vix affine, comparandum. In pagina foliorum superiori observantur maculae steriles irregulares flavescentes et in inferiori orbiculares 3—4 lin. latae l. confluentes planæ tuberculosae, *Uredini* cuidam familia, cinereo nigra margine flavescenti. Sub microscopia observantur *Perithecia* numerosissima globosa densissime aggregato-confluentia opaca cinerascenti-nigra.

Etiam ab *X. concentrico* distinctissimum.

279. *Xyloma Linnææ*, petiolis immersum nervisequium lanceolatum laeve nigrum, intus album.

In petiolis *Linnææ borealis*.



*Xylomati nervali*, Aib. et Schwein proximum; sed diversum esse ex ipsa diagnosi patet. 2—3 lin.

In foliis *Linnae* crescit *Sph. setacea* P.

280 *Xyloma Pteridis*, epiphyllum superficiale subnervisequium elongato-lineare cinereo-nigrum subcorrugatum, intus subconcolor.

Sphaeria *Pteridis*. *Rehent. Fl. neon. t. I.*  
f. 3. p. 344.

In foliis subemortuis *Pteridis aquilinae* frequens.

Hujus, ni fallor, generis et *X. nervali* proxima species. Semel ruptum inveni et pulvere nigricante faretum.

281. *Xyloma Trientalis*, epiphyllum subrotundum l oblongum tenue rugulosum nigrum intus concolor.

In foliis emortuis *Trientalis europae*.

Ab affinibus (*X. Andromedae*) tenuitate et colore interno differt.

Obs. Xylomata haec majora valde inter se differunt et ad distincta forte genera referenda. Saltim diversas efficiunt sectiones, ex, gr.

A) *Epixyla*. Alb. et Schw.

B) *Tuberculata*: Fr. *Xyloma betulinum*,  
Lonicerae.

C) *Macularia*: Fr. A. punctatum P. So-  
lidaginis Fr.

D) *Nervisequia*: X. nervale Alb. Lin-  
nae, Pteridis.

E) *Contigua*: X. Andromedae, Trienta-  
lis, Montinae, acerinum &.

F) *Punctata*: X. rubrum P. auranti-  
cum Schl. ad Sphaerias retuli.

282. *Xyloma Taxi*, minus apphana-  
tum nigricanti-cinereum opacum laxè et irre-  
gulariter ruptum, nucleo tenui nigrescente.

In foliis *Taxi* in Horto Lundensi, rara  
obvium.

Descr. Subgregarium. A. (*Sph. Taxi*,  
cum qua non confundendum, colore opaco ci-  
nereo, forma apphanata 3plo latiori, epidermi-  
de irregulariter rupta, laciniis albicantibus &c.  
differt.

283. *Xyloma Ilicis*, minus convex-  
um nigrum transversim ruptum, nucleo tenui  
nigrescente.

X. *Ilicis*. Ach. *sec. spec.*

In foliis *Ilicis Aquifolii* in Europa au-  
strali.

Priori affine; sed multo minus, colore, forma et rupendi modo differt. Laciniae albicantes,

Tribum naturalem haec duo species et nonnullae aliae efficiunt.

284. *Xyloma erumpens*, minutum erumpens nigrum, junius sphaericum, dein umbilicato-depressum, demum cupulare.

In foliis emortuis *Vaccinii Vitis idaeae*, raris.

Nullam aliam speciem laciniis epidermidis foliorum cinctam erumpere vidi. Clausum de cetero remanet, quod sub nomine X. *Vaccinii uliginosi* Wahleub. dedit Cel. Swartz.

X. *erumpenti* nostro non affine; sed ad sequens potius accedit.

285. *Xyloma geographicum*, minutum concaviusculum nigrum, maculae tenuissimae flavescenti insidens.

X. *geographicum*. *Perf. sec. spec. ab. Achar. liberalissime misit.*

Lichen castanearius. *La Mark.*

In foliis *Fagi Castaneae* in Gallia.

Nudo oculo punctiforme; lente concaviusculum subpezizoideum, laeve opacum parum difforme.

Cum *Sph. Castanea* Schum., etiam apud nos vulgatissima, confundi nequit. Etiam sc. ipec. ex Helvetia omnino differt *Xyloma Castanea* Schleich.

*Xyl. Convallaria*, Schleich, ad hoc genus vix pertinet.

Plurimas alias hujus Generis species legi, ex quibus *Xyloma Sorbi*. Mihi (compositum) in foliis *Sorbi aucupariae* semivivis autumnis vulgatissimum.

---

## SCLEROTIUM. T O D.

Genus priori maxime affine. Sic ex gr. huc referri possent *X. nervale* Alb., *Linnaea* Fr. et ad *Xylomata*.

286. *Sclerotium dipsaceum*, nervisequium nigrum oblongum applanatum, intus subconcolor. In Calycibus exsiccatis *Dipsaci*, hieme et vere.

Deser. *Scl. duro*, ut videtur, proximum - Calycibus totum arctissime adnatum et cum horum substantia quasi connatum. *Forma* varia, in calyce communi ovato-acuminata, in reliquis oblonga lanceolata l. linearis, semper nervisequia. *Substantia* carnosae tenuis extus

nigra, intus cinereo-nigricans. *Superficies lævis glabra; sed e ciliis calycis pseudohispida.*  
 β. *Stramonii*, rotundo-oblongum conglomeratum.

In capsulis *Datura Stramonii*, vere.

287. *Sclerotium rectum*, magnum subtectum difforme applanatum læve nigrum, intus albidum.

In caulibus exsiccatis Herbarum majorum, primo vere.

Sub epidermide crescere incipit, hinc subtectum.  $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$  unc. longum.

288. *Sclerotium vulgatum*, liberum globosum flavum læve glabrum, intus albidum.

A. *vernale*, opacum, interdum difforme. In stipitibus dejectis putrescentibus, vere.

μ *Filicinum*, læte flavum globosum liberum.

In frondibus dejectis *Pteridis Aquiline* æstate.

γ. *Fimetarium*, flavum globosum subimmersum.

In fimo locis sylvaticis, rarius. *Autumno.*

289. *Sclerotium rugulosum*, oblongum nigrum semiaplanatum glabrum sabrugulosum.

In *Agarico* putrido exsiccato.

Uno latere planum, altero convexum 2. lin. læve, sub lente rugulosum.

290. *Sclerotium cornutum*, gregarium confertum rufum corniforme læve glabrum, intus albidum.

In *Agaricis* putridis.

Descr. 3—5 lin. longum, cornu caprino exacte sæpe simile, læve glabrum rufum intus albidum, basi rotundatum obtusum, apicem versus subcurvatum attenuatum acutum.

In hac specie, et in nonnullis aliis *Sclerotiis*, parasitat *Ag. tuberosus* P. — Ab omnibus, tamen Auctoribus pro basi stipitis hujus fungi habetur; at perperam. Conf. *A. tuberos.* p. 39.

291. *Sclerotium foliaceum*, foliaceum sublobatum nigrum.

In stipite *Agarici parasitici* P. parasiticum, autumnno.

Nulli alii affinis et distincti forte Genèris fungus. Folium sublobatum exacte refert, erectum tenue nigrum opacum glabrum 3—4 lin. planum læve l. rugosum.

292. *Sclerotium tomentosum*, subrotundum album villosum.

*Scl. villosum*, sphaericum villosum aggregatum. *Tod. Fung. Meckl.* l. p. 6, t. I, f. 10?  
(*sub Peziza villosa* P.)



In tuberibus putrescentibus *Solani tuberosi* astate.

2—3 lin. Etiam distincti, forte generis species.

---

## ERYSIPHE. DE CAND.

293. *Erysiphe varium*, receptaculo albo, capitulis flavescens fuscisque.

Sclerotium *Erysiphe*. *Pers. Syn.* p. 124. *Obs. Myc.* p. 13. et *Auct. recent.*

Scl. Heraclei.

Mucor *Erysiphe*. *Linn. Suec.* p. 462. et *Auct. veter.*

Species maxime vulgaris et polymorpha, in foliis plantarum copiosissimum vitium.

β. *suffultum*, disco impresso villosa.

Sclerotium *Erysiphe*. β. *Corylae*. *Pers. Syn.* p. 124.

Scl. *suffultum*, epiphyllum, granulis globosis fusco-nigricantibus, in basi pilis rigidiusculis suffultis, disco impresso villosa. *Reb. Fl. Neom.* p. 300 t. III. f. 14 a. b.

Variant *Capitula* suffulta, pedicellata et sessilia; flava et fusca; globosa, plana et depressa & saepe in eodem specimine.

294. *Erysiphe radiosum*, receptaculo fusco fibroso-radiato, capitulis nigris.

Sclerotium radiosum. *Achar.*

In foliis *Rosæ*. *Acharius.*

In foliis observantur maculæ tenues fuscescentes 3—5 lin., sub lente fibrosæ stellato-radiatæ, capitulis nigris l. nullis.

295. *Erysiphe album*, receptaculo tenuissimo subnullo, capitulis nigris.

Er. album. *Achar.*

In foliis *Juglandis* in Helvetia.

Nudo oculo ut puncta alba apparet.

---

## TUBERCULARIA. P.

296. *Tubercularia Acaciae*, minuta applanato-sessilis convexa dura rubra, intus concolor, humectata flavescens.

In ramis emortuis *Robiniae Pseudoacaciae*, vere.

Species bene distincta, licet reliquæ hujus generis species nimis confluunt. Substantia compacta firma nec humectata gelatinosa, nec sicca farinosa. *T. salignæ* (vid *Alb. et Sw.* p. 69), in Scaniæ semel lectæ, affinis quidem est, sed species vere diversa.

297. *Tubercularia farmentorum*, minuta sessilis convexa oblonga extus farinosa rubra, intus gelatinosa obscurior.

In ramis exsicatis *Vitis viniferae*, *Hederae Helicis*, *Panmaceris 5 foliae*, *Clematis* &c.

Sequenti affinis; sed magnitudine, colore, forma et substantia differt. Intermedia est:

298. *Tuberc. Menispermii*, minuta sessilis subglobosa dura obscure rubra, intus concolor.

In ramis *Menispermii canadensis*. Media inter *T. Acaciae*, *farmentorum* et *herbarum*.

299. *Tubercularia herbarum*, majuscula sessilis subglobosa pallide rubra, intus concolor, humida gelatinosa, sicca farinosa.

In caulibus exsicatis herbarum ex. gr. *Cucubali tartarici* &c. Statu humido *Agyrio Urricae* Fr. (*Tremella* P) fimillima; sed colore dilutiori, forma subglobosa et exsiccatione differt. — *T. Artemisiae* Schum. stipitata, minor &c.

300. *Tubercularia Liceoides*, gregaria sessilis globosa, cortice exteriori fusco-spadiceo rufo deciduo, pulvere argillaceo-roseo nucleum tegente.

In ramis deciduis vere.

Alii vix affinis; sed veram *Tubercularia* speciem esse nullus dubito. Gregaria saepe

confluens laevis granuliformis, granulis magnitudine seminum *Viciae*, rarius *Pisi*; cortice exteriori rufo-fusco l-fusco-spadiceo demum deciduo. Dein farina subcompacta copiosa argillacea rosea includit fungum, quasi nucleum intus duriusculum pallidum, zona obscuriori fusca circumdatum.

---

## STILBUM. P.

301. *Stilbum Lanugo*, capitulo sub-turbinato, stipiteque nigro.

In caulibus et foliis emortuis putridis *Paeoniarum* vere.

Nudooculo villum tenuissimum sistit, sub microsc. comp. stipes distinctus saepe flexuosus, deorsum subincrassatus. Capitulum nigrum nunc turbinatum nunc oblongum saepe deciduum.

---

## MUCOR. P.

302. *Mucor albo-virens*, caespitosus ex albido-virens, peridiis globosis adultis albidis.

In *Hydno aurantiaco* exsiccato vidi. Iunior viridis est stipite brevi: dein stipites elon-

gati et peridia albicantes. Sporidia minuta numerosissima.

303. *Mucor Dematium*, cæspitosus, peridiis albis, stiptibus tuberculo radiato-infertis.

In foliis *Hederæ Helicis*, rarior.

Minuta species, tuberculo suo facile distincta. Fugax est; præcedens vero subpersistens.

---

### MONILIA. LINK.

304. *Monilia hyalina*, filis aggregatis simplicibus erectis sursum crassioribus hyalinis, articulis subglobofo-ovatis. *Achar.* — Ic. Tab. III. f. 4. a—d.

In culmis gramineis.

Media videtur inter *Torulas* et *Monilias Link*; sed ob fila erecta subrigida et articulos non exacte globosos hujus loci.

---

### HIMANTIA. P.

305. *Himantia ochracea*, densissime intertexta ochracea, fibris tenuissimis.

In pinetis ad strobilos *Pini Abietis* putridos &c.

Xylostromatis affinis; nam densissime est intertexta. Pulchra species et ab *H. sulphurea* vere distincta.

306. *Himantia Rosa*, radiato-ramosa rosea, fibris crassiusculis, extimis byssaceis.

In cortice *Iuniperi*, *Pini* &c. dejecto.

Colore a reliquis differt; margine subalbicat. Nullius fungi initium.

307. *Himantia grisea*, densissime contexta villoso-pulverulenta grisea, fibris tenuissimis.

In *Hypno prolifero* locis silvaticis, rarior.

Nudo oculo villoso-pulverulenta et fibri sub microsp. compos. detegendi.

308. *Himantia violascens*, densissime contexta violaceo-alba, fibris arachnoideis.

Ad terram nudam in silvis.

Fibri etiam hujus sub microsp. compos. determinandi.

Obs. Omnes hujus generis species Poriarum, Thelephorarum aliorumque fungorum primordia esse statuit Cel. *Link*; sed haec sententia in Observationes meas non quadrat \*).

\*) Rhizomorphas tantummodo Merulii esse primordia pessime statuit Cl. *Palliot*. Conf. hujus Generis monograph. in Vet.



*Hyphasma fimicola, nigra* et nonnullæ aliæ species Rebert. in Suecia crescunt et ad hoc Genus referendæ.

A c. Hand. 1814. p. 201. f. IX. 1—15. Auct. Achario. Distinctissimum esse hoc Genus et ad Lichenes referendum l. c. luculentissime demonstravit. Species nonnullas a me detectas et l. c. descriptas, novo uno alioque synonyme addito, enumerare placet.

1. *Rhizomorpha Alectorioides*, thallo plano compresso gracili nitido elevato-substriato atro, intus griseo, ramosissimo, ramis capillaceis parentibus ramulosis confertis complicatis. Achar l. c. p. 214. t. 9. f. 3. a.

Rh. alectorioides. Fries.

In trunco putrido coryleo, ramis Vaccinii Vitis idææ, Myrtilli &c.

β. subsimplex, thallo subsimplici tortuoso striato. Ach. l. c. f. 3. b.

Rh. alect. subsimplex. Fr.

In ramulis et foliis dejectis.

Distinquenda ab Rh. fetiformi β. scandente Fr. — Achar. l. c. p. 213 in Pinis destruceis raro observata.

2. *Rh. Racodioides*, thallo teretiusculo molli tenerrimo atro opaco, intus concolori ramosissimo; ramis creberrimis flexuosis attenuatis densissime intricatis, ramulis

Obf. *Ozonium auricomum* Link in Suecia crefcit cum variis aliis novis hujus Generis speciebus; cum autem Cel. *Link* Ipfe fe plu-

capillaceis multifido-cirrhofis. Achar. l. c. p. 215. t. 9. f. 15. a. b. Rh. Racodioides. Fr.

In Rhizomorpha angulofa emortua ad Femfjö. Conf. Perf. difp. meth. Fung. p. 42.

3. Rh. cirrhofa, thallo tereti gracili glabro dilute caftaneo intus albido, fuperne ramoso, fibrillis lateralibus terminalibusque capillaceis fimplicibus cirrhofis. Ach. l. c. p. 217 f. II. Rh. cirrhofa. Fr.

In trunco fagineo putridiffimo ad Femfjö in Smolandia.

Pulcherrima fpecies.

4. Rh. corrugata. Achar. fyn. Lich. p. 391. Vet. Ac. Handl. p. 221. t. 9. f. 13.

In truncis putridis in palude ad Femfjö Iecra.

5. Rh. angulofa Ach. fyn. Lich. p. 228. Vet. Ac. Handl. p. 226. f. 12.

In Scania, Smolandia.

6. Rh. Friefii, thallo teretiufculo tenui ftrigofa fragili nigro, intus concolori, dichotome ramoso, ramis ramulisque erectis ftrictis acuminatis. Achar. Vet. Ac. Handl. p. 227. t. 9. f. 4. a. b.

res novas species vidisse dixerit, harum determinationem expectare fatius duxi.

Rh. stricta. Fr.

Sub cortice Pini sylvestris ad Fem-  
sio, rarissime.

7. Rh. Achariana, thallo tereti fili-  
formi leviusculo fragili nigro-fusco opaco,  
intus rufescente, simpliciusculo pinnato-ra-  
moso; ramis lateralibus approximatis hori-  
zontalibus distichis rectiusculis attenuatis api-  
ce subdivisis rufis. Achar. l. c. p. 229. t.  
9. f. 8 a. b.

Rh. Achariana. Fr.

In ligno dejecto abietino, frequens in Smo-  
landia. Superficie, substantia &c ab Him. um-  
brina maxime differt.

8. Rh. muscicola, thallo compres-  
siusculo tenui glabro elevato-striato obscure  
fusco, intus griseo, ramoso, ramis sparsis  
capillaceis planis adpressis raris elongatis cur-  
vatis subsimplicibus. Ach. l. c. p. 229 t.  
9. f. 6.

Rh. muscicola. Fr.

β epiphylla. Fr.

Inter muscos locis humidis umbratis, β  
in folis dejectis.

9. Rh. corticata. Ach. syn. p. 391.  
Vet. Ac. H. p. 232. t. 9. f. 5.

## RACODIUM. P. LINK.

309. *Racodium vulgare*, expansum molle laxè contextum nigrum, filis æqualibus.

Rhiz. filiformis. Fr.

Agaricum luteum, radicibus arborum fibrosis simile inter humum et ligna l. lapides innascens. Mich. Gen. p. 125.

In ferragine ad Femfö.

Sub nomine: *Elvella monstrosa*, lutea et alba corporo fibroso, inæquali, ramosissimo et expanso, hanc cum sequenti conjunxit *Gleditsch* in libro paradoxo: Meth. fung. p. 52. XII. a.

10. Rh. *Xylostroma*. Fr. Achar. l. c. p. 233. t. 9. f. 7. Rh. cancellata. Ach. syn. Lich. p. 391.

Agaricum candidum, radicibus arborum fibrosis simile &c. Mich. gen. p. 125. n. 22.

In truncis cavis et ad terram.

11. Rh. fibrillosa, thallo teretiusculo capillari molli lævi candido ramosissimo fibrilloso, axillis compressis, ramis strictis divaricatis subanastomosantibus sursum fibrillosis. Ach. l. c. p. 228. t. 9. f. 9.

Rh? fibrillosa. Fr.

*Elvella nivea* corporo reticulari, fibroso, ramis compressis, in apice cristato-lacinjatis.

Rac. nigrum. *Schum. Saell. II. p. 447.*

Dematium pinastrum. *Schleich. sec. spec.*

*Helw. (Non differt).*

In ligno et ramis *Betule, Fagi, Pini Abietis* &c. locis umbrosis, muscis et foliis tertis.

Purimæ *Racodii* species nigræ sunt. A. R. cellari P. difficile distinguitur, nisi colore magis nigro, contextu laxo, loco &c.

310 *Racodium resinae*, expansum molliusculum dense contextum nigrum, filis inæqualibus.

In resina *Pini Abietis* in silvis Sueciæ passim.

Habitu et loco natali distinctum. Fila divaricato-ramosa; aia rigidula apice capitulifera, sub microsc. *Coremio* Link. similia. *Demat. villosum* *Schleich* huic simile; sed sub microsc. fila maxime differunt.

---

Gled. l. c. b. *Himantia albida*. *Perf. disp. Feth. Fung. p. 42.*

Obs. Ultimos tres, ut etiam Rh. capilaris Roth ad fungos potius pertinent, et 9-10 distinctum forte efficiunt genus.

## TAPHRIA. FR.

Erinei spec. P.

Thallus e floccis cæspitosis globosis granulæformibus non septatis foliis cupuliforme impressus.

311. *Taphria populina*, aurea.

Erineum aureum. Ach. — *Perf. syn.* p. 700 *Alb. et Schw.* p. 371. *Schum. Saell.* II. p. 446.

In foliis *Populi dilatata*, nigra, tremula &c. æstate.

Genus maxime distinctum nec sequentibus affine. An flocci sic dicti in hoc sporidia? Uterius examinandum, specimina enim sicca tandem vidi.

## BHYLLERIUM. FR.

Erineum. Link.

Thallus e floccis cæspitosis simplicibus varie tortis subcompressis non septatis, apicibus subattenuatis.

Obs. Ad *Rubiginem* Link, nomen alii subgeneri jam sacratum, nomen *Erinei* reservo; in hoc enim quadrant descr. *Perfoonii* et plurimæ species.



312. *Phyllerium sorbeum*, floccis dense intricatis compressis latiusculis albis, exficcalis flavescens.

In foliis *Sorbi aucupatia*, frequens. Aestate.

In utraque foliorum pagina viget. Nudo oculo lanam refert. Flocci sub microscopio composito simplices intricati varie torti compressi, *Uvae* subsimiles.

313. *Phyllerium acerinum*, floccis densissime intricatis tenuissimis filiformibus albedo cinereis.

In foliis *Aceris platanoidis*, vere.

In utraque pagina foliorum crescit. Nudo oculo præcedenti simillimum, hoc vero magis villosum, illud grumofum apparet. Sub microsc. composito flocci quam maxime differunt, ut e diagnosi patet.

314. *Phyllerium juglandinum*, planum floccis dense intricatis brevibus filiformibus roseo-cinereis.

Erineum juglandis. *Schleich.*

In foliis *Juglandis* in Helvetia, unde mea specimina habeo.

Paginam folii inferiorem occupat, sequenti affine; sed forma, focus &c. differt.

315. *Phyllerium tiliaceum*, convexum pulvinatum, floccis densissime intricatis variis pallide-roseis.

An *Erineum tiliaceum*. *Pers. syn.* p. 700.  
*Obs. Myc.* I. p. 25. et *Auct.*?

In foliis *Tiliae Europaeae* vulgare. *Aestate*.

De synonymis dubius cum cinereo-pallidum omnes describunt Auctores, nostrum vero pallide roseum. Utramque foliorum paginam amat.

316. *Phyllerium viteum*, effusum planiusculum, floccis intricatis tortis compressis, dein rufis.

*Erineum Vitis* *Schrad.* — *Funk. Crypt. Gew. Fichteg.* n. 285.

In pagina inferiori foliorum *Vitis viniferae* in Helvetia, Germania.

Habitus *Erinei*; sed sub micr. comp. patet hujus esse Generis. Flocci torti pelucidi.

317. *Phyllerium pyrinum*, effusum crassiusculum, floccis laxè intricatis variis aureis.

*Erineum pyrineum*. *Auct.*?

In foliis *Pyri Mali*, *Pruni spinosae* &c.

Colore ab *E. pyrino* *Auct.* differre videtur; sed loco et reliquis notis convenit.

Specimina in *Pruno spinosa* parum tenuiora. Æstate viget.

Color in Phylleriis et Erineis maxime variabilis.

318. *Phyllum Gei*, floccis subliberis tenuissimis rectiusculis filiformibus albidis.

In foliis *Gei rivalis*, æstate. (In monte Kullaberg tantum legi).

Folio immersum. Filis rectiusculis parum intricatis et habitu a reliquis maxime recedit.

---

### CRONARTIUM. Fr.

Thallus e floccis aggregatis simplicibus cylindricis rectis non septatis, apicibus æqualibus.

319. *Cronartium asclepiadeum*, rufescens.

Erineum asclepiadeum. *Funk. Crypt. Fichtelgeb.*

In foliis *Asclepiades*. Ex horto Upsalensi dedit Cel. *Swartz*.

Obs. Superficiale, varie effusum. Flocci aggregati non cæspit. si nudo oculo facile distinguuntur.

---

## ERINEUM. P.

Rubigo. Link.

320. *Erineum purpureum*, effusum superficiale supra-foliaceum rufo fuscum dein sanguineo purpureum, cupulis stipitatis scutellatis, margine erecto, stipite crassiusculo brevioribus.

*E. betulinum*. *Alb. et Schw.* l. c p. 370.

*E. roseum*. *Sculze Starg.*

In pagina superiori foliorum *Betulae albae*, vere et aestate.

Omnes Erinei species sub microscopio composito determinandæ. Color enim maxime ludit. In hac vero specie non nisi in prima infantia pallide roseum vidi; sed semper fere purpureum, quale etiam descripsérunt *Albertini* et *Schweinitz*.

221. *Erineum betulinum*, conglomeratum subimmersum infra-foliaceum albidum dein rufo fuscum, cupulis stipitatis pyxidatis stipite deorsum angustato dupplo brevioribus.

*E. betulinum*. *Schum. Sall.* II. p. 445.

In pagina inferiori foliorum *Betulae albae* delaps. l. semiviv., autumnno.

Maxime a priori differt; tempore et loco natali, colore, forma &c.; sed præcipue cu-

pularum forma; in hac specie pyxidata l. turbinata, in illa scutellata l. rotundato-excavata.

322. *Erineum padineum*, effusum infrafoliaceum superficiale albidum mox spadiceorufum, cupulis stipitatis urceolatis, marginem versus constrictis.

In folii *Pruni Padi* et pagina inferiori autumnao.

Ad formam juniorem pertinet dubia species *E. Padi* apud *Alb. et Schw. l. c.* — Cupularum forma admodum differt a reliquis haec species.

323. *Erineum acerinum*, subeffuum infrafoliaceum submersum, primo albidum, dein roseo-rubrum, demum rufo-fuscum, cupulis stipitatis late cupulatis stipitem subæquantibus.

*E. acerinum.* *Pers. syn. p. 700. Disp. meth. p. 43. Schum. Saell. l. c. Alb. et Schw. p. 370. Link. in Berl. Mag. 1809. t. 1. f. 36. (optime).*

*Mucor ferrugineus.* *Bull. t. 5<sup>σ</sup> 4. f. 12.*

In foliis acerinis vivis meum fungum legi, in delapsis *Pers. — Schum. — Albert. — Aestate autumnno et vere.*

Cupulæ dilatatæ.

324. *Erineum populinum*, conglomeratum immeritum flavescens, mox rufescens, demum spadiceum, cupulis minutis scutellatis breviter stipitatis, stipite crasso.

*E. populinum*. *Perf. Syn.* p. 700. *Obs. Myc.* I. p. 100. *Schum. Saell.* II. p. 446. *Alb. et Schwein.* p. 371.

In inferiori pagina *Populi tremulae* foliorum. Aestate viget; sed perennat.

Folia et viva et sicca amat. Cupula folii cum cupulis floccorum, quas in diagnosi intellexi, non confundendae.

325. *Erineum alneum*, conglomeratum superficiale pulvinatum fulvum, cupulis stipitatis subconvexis tuberculosis.

*Er. alneum*. *Perf. Syn.* p. 701. *Schum. l. c. Albert et Schwein. c. l.*

In foliis dejectis *Alni glutinosae* autumnis.

Paginam inferiorem eligit. Stipes crassiusculus; cupulae convexae tuberculosae, forma *Helotii tuberculati*. Fl. Dan.

326. *Erineum negundineum*, effusum superficiale infrafoliaceum tenue luteolum, cupulis turbinatis cum stipite confluentibus. *conf. t. l. p. 372*

*E. tiliaceum*. *Schleich. sec. spec. Helv.*

In foliis *Aceris Negundinis* in Helvetis.



A *Phyll. tiliaceo* quam maxime differt; nec alii affine. Admodum tenue et paginam inferiorem incolit.

327. *Erineum platanoideum*, latissime effusum superficiale infrafoliaceum tenue cinereum, cupulis irregularibus variis.

In foliis *Aceris platanoides* in Suecia, vere et astate.

Erysiphis species primo obtutu esset, quoad crustam, nisi floeci sub micr. comp. ejusdem essent naturæ ac reliquarum specierum. Formam vere distinctam et regularem detegere non potui. *E. acerino* minime affine.

388. *Erineum extentum*, conglomerato-lineare seriatum convexum infrafoliaceum superficiale crassiusculum, cupulis minutis vix distinctis, rufum.

*E. extentum. Achar.*

*E. Guinea* in foliis arboris novi generis *Afzelins*.

Nec formam cupularum hujus speciei certam determinare potui.

Obs. *E. fagineum*. P. nondum vidi.

## AREGMA. Fr.

Pucciniæ Heterocl. Link;

Uredo. 3. c. von Straur.

Sporidia cylindrica clausa septulis pluribus distincta stipitata in plantis vivis parasitica.

329. *Aregma obtusata*, sporidiis obtusis, septulis tribus, pedicello attenuato.

Uredo obtusa. *Straur in Act. Vetteraw.*  
2. p. 107. t. II. f. 49.

Puccinia potentillæ. *Pers. syn. p. 229.*  
*et alior.*

In foliis *Potentillæ argenteæ* frequens vere et Autumno.

Etiam in *Tormentilla erecta*. *Straur.*

Genus distinguendum esse jam monuit. *Cel. Link;* non enim "forma solum sporidii" semper clausi et septulis differt; sed "toto etiam habitu et crescendi modo" a veris Pucciniis, quod in Generibus distinguendis maximi semper est momenti.

Aregnam, Bullariam, Pucciniam, Uredinem &c. egregie illustravit *Lib. Bar. von Straur;* sed haec Genera non recte conjunxit, ut e scriptis summorum Mycologorum *Persoonii* et *Linkii* patet, Eiusque de varietate sporidiorum conclusio ad hoc saltem Genus non pertinet.

330. *Aregma mucronata*, sporidiis acutis, septulis subtribus, pedicello apice fusiformi terminato.

Puccinia mucronata. *Pers. syn. p. 233 a.*  
*rosa (exclus. var. β.) Alb et Schwein. p. 134 a.*

*P. Rosæ. Schum. Sall. p. 235.*

*Uredo mucronata*. *Straur* l. c. p. 103.  
f. 50.

In plurimis *Rosæ* speciebus, præcipue in *Rosa coriifolia* Fr. sed etiam in speciebus foliis glaberrimis, ex. gr. in *R. canina*, *glauca* Fr. &c.

Nunc folio nunc *Uredine Rosæ* infidet.

331. *Aregma acuminata*, sporidiis acutis, septulis 3 quibus, pedicello apice elongato-incrassato acuto.

In foliis *Rubi saxatilis*, autumnis.

Media inter antecedentem et sequentem; illi vero proxima. Sporidia acervata cæspites majores villosos formant. Apex incrassatus fere fusiformis, sed multo tenuior et brevior ac in præced.

332. *Aregma bulbosa*, sporidiis acutiusculis, septulis subquatuor, pedicello apice incrassato obtuso.

*Uredo bulbosa*. *Straur* l. c. p. 108. f. 51.

*Puccinia Rubi*. *Schum.* l. c.

*P. mucronata*.  $\beta$ . *Perf.* l. c. *Albert. et Schw.* l. c.

In *Rubo idæo* alii que.

Obs. Aliam speciem magis distinctam semel vidi in foliis *Comari palustris*. Omnes *Aregmæ* species in *Plantis Senticosis*, ut *Rosa*, *Rubo*, *Potentilla*, *Tormentilla* &c. crescere videntur et in foliorum emarcidorum l. semivivorum pagina inferiori.

## EXPLICATIO ICONUM

## Tab. I.

- Fig. 1. *Merisma clavellare*. magn. nat.
- Fig. 2. *Sphaeria multiformis*, a. coarctata.
- a. Specimina plura. magn. nat.
- b. Specimen tibeustum. magn. nat.
- c. — dissectum in us nigricans, cum sperululis periphericis. magn. auct.
- Fig. 3. *Sphaeria multiformis*,  $\beta$ . dilatata. magn. nat.
- Fig. 4. *Sphaeria rhodogramma*.
- a. magn. nat.
- b. specimen dissectum. magn. auct.
- Fig. 5. *Sphaeria repanda*.
- a. spec. integrum. magn. nat.
- b. spec. dissectum. magn. nat.
- c. Eiusdem pars. magn. auct.
- Fig. 6. *Leptostroma xylozomoides*.
- a. spec. elongata. magn. nat.
- b. — orbiculata disco rugoso. magn. auct.
- Obs. In his sub microscopio composit. nihil aliud detegi, adeoque has icones sufficientes credidij.

## Tab. II.

- Fig. 1. *Hysterium melaleucum*.  
 a. Folium cum fungillis. magn. nat.  
 b. pars folii cum fung. magn. auct.  
 c. Perithecium solitarium, magis auct.  
 d. — e latere visum. Ejusd. magn.
- Fig. 2. *Hysterium pulchellum*.  
 a. b. c. d. Eisdem modis ac antecedens depictum.
- Fig. 3. *Sphaeria malina*.  
 a. macula cum sphaerulis. magn. nat.  
 b. Sphaerulae dissectae. sub. micr. compos.
- Fig. 4. *Sphaeria macularis*.  
 a. Folium populneum cum maculis cinereis absque sphaerulis, nudo oculo inconspicuis. magn. nat.  
 b. Pars maculae cum sphaerulis sub micr. compos.  
 c. Sphaerulae e latere visae. Sub micr. comp.
- Fig. 5. *Sphaeria argillacea*. P.  
 a. Cortex cum sphaeriis. magn. nat.  
 b. Sphaeria solitaria. magn. auct.
- Fig. 6. *Sphaeronema cladonifera*.  
 a. b. Hujus initium sec. Acharium, parum a Sph. cylindrica aliisque diversum. Sub micr. comp.  
 c. d. e. f. Specimina variae formae. sub micr. comp.
- Fig. 7. *Sphaeronema ventricosa*.  
 g. h. i. k. Spec. varia sub micr. compos.

## Tab. III.

- Fig. 1. *Aetidium Acharii*.  
 a. ramulus decorticatus cum fungillis magn. nat.  
 b. Ejusdem pars, magn. auct.  
 c. d. Perithecia e latere visa. sub. micr. comp.  
 e. f. Eadem superne visa, sub micr. comp.



Fig. 2. *Sphaeria extensa*.

- a. ramulus cortice rectus sphaerulis erumpentibus, magn. nat.
- b. — — — orbatus, sphaerulis stromati extenso infidentibus magn. nat.
- c. Caespes Sphaeriarum cum parte stromatis.
- d. Ostiolum junius, apice puncto depresso.
- e. f. Ostiola adulta, impresso-perforata.
- g. Ostiolum vetustum, apertura lata submarginata.
- h. Stroma horizontaliter sectum cum sphaerulis. Omnes sub. microsc. comp.

Fig. 3. *Sphaeria rostellata*.

- a. Caulis herbae cum sphaerulis, magn. nat.
- b. Sphaeria junior hemisphaerica ostiolo papilliformi.
- c. Varietas ostiolo subpyramidato.
- d. Sphaeria adulta umbonata, ostiolo hispido.
- e. Sphaeria ostiolo deciduo, umhonata. Omnes sub microsc. comp.

Fig. 4. *Monilia hyalina*.

- a. culmus Bromi cum floccis. magn. nat.
- b. c. Flocci magis aucti.
- d. — magnopere aucti.

---

 Tab. IV.
Fig. 1. *Thelophora evolvens*. Fr.

- a. Spec. junius clausum. magn. nat.
- b. — evolutum magn. nat.

Fig. 2. *Peziza Lecideola*.

- a. magn. nat.
- b. pars sub microsc. comp.

Fig. 3. *Sphaeria rufo-fusca*.

- a. ramulus cum caespitibus pluribus. Dupplo auct.
- b. caespes perpendiculariter sectus cum stroma-  
to. Dupl.



- c. — horizontaliter secus cum sphaerulis cavis  
 intus albis. Duppl. auct.
- d. Sphaeria solitaria, sub microsc. comp.  
 maxim. aucta.
- Fig. 4. *Sphaeria nigrelia*.
- a. Caulis urticae cum maculo et sphaeris, magn.  
 nat.
- b. Idem auctus.
- c. Sphaeria solitaria dissecta, sub micr. comp.
- Fig. 5. *Sphaeria excipuliformis*.
- a. a. magn. nat. cum ostiolo.
- b. — — ostiolo deciduo.
- c. Sphaeria sub. micr. comp. ostiolo breviori.
- Fig. 6. *Sphaeria Hederae*, a. magn. nat.
- b. magn. auct.
- c. sphaeria solitaria sub. microsc. comp.
- Fig. 7. *Xylama rubiforme* L. *Lonicerae*.
- a. magn. nat. in folio vivo.
- b. Pars folii auct. cum Perith.
- c. transversim dissecta, sub microsc. comp.

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 5.




Fig. 3.



Fig. 6.




Fig. 4.





Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 4.



Fig. 5.



Fig. 6.



Fig. 7.



Fig. 8.






Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 2.





Fig. 1.








Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.




Fig. 4.



Fig. 5.




Fig. 7.




Fig. 6.













